SARACENICA SIUE MOAMETHICA: IN QUIBUS ISMAELITICAE...

Digitized by Google

3
639.3 161

SARACENICA, ſiue MOAMETHICA:

IN QVIBVS

Ismaeliticae ſeu Moamethicae ſectæ præcipuorum dogmatum Elenchus: ex Evthymii Zigabeni Panoplia Dogmatica.

De Saracenorvm principe & pſeudopropheta Moamethe hiſtoria; incerti auctoris.

Saracenorvm ad Chriſtianam Eccleſiam ſeſe aggregantium Catecheſis, & Saraceniſmi anathematizatio.

Ex Theophanis & Anastasii Eccleſiaſtica hiſtoria de Moamethicæ ſectæ primordiis narratio.

GRÆCE ET LATINE NVNC PRIMVM edita, cum Annotationibus & duplici Rerum ac Verborum Indice:

OPERA FRIDERICI SYLBVRGII VET. OPE BIBLIOTHECAE PALATINAE.



BIBLIOTECA NAZIONALE FIRENZE 1872
BIBLIOTECA NAZIONALE FIRENZE

Ex typographeio H. Commelini, Anno 1595.
10.

Digitized by Google

Digitized by Google

PETRO ET FRANCISCO PITHOEIS, I.C. CLARISS. GALLIÆ LVMINIBVS,

Hieron. Commelinus & Frid. Sylburgius S. P. D.

MOAMEDICAM *hæreſin tamdiu durare potuiſſe, Græci quoq; ante ſeptingentos annos admiratione dignum cenſuerunt; eiusq; diuturnitatis cauſam ad occulta Dei iudicia retulerunt. Nec male. Vbi enim Deus ſuæ lucis radios auertit, Diabolus omnis erroris ſemina per humanum genus ſpargit. vnde, cum hominis ingenium in tenebras, in errorem, in omne deniq; malum pronius eſſe norit, etiam Saracenos per pſeudoprophetam ſuum tali ſuperſtitione ineſcauit, quæ vt rationis, ita & carnis genio quam maxime adblanditur. quamobrem & Lege atq; Euangelio abrogatis, multo expeditiorem facilioremq; beatitudinis viam eis eſt pollicitus, inter cetera blandimenta, polygamia quoq; ac pellicibus pro libitu indultis. tum in eos qui tam bellam religionem amplecti nollent, igni & ferro graſſari permiſit. præcipue vero Chriſtianorum ſanguine gratiſſimum Deo ſacrificium fieri; & bellum aduerſus Chriſtianos, certiſſimam in Paradiſum viam eſſe perſuaſit: in quo ſeu vincant ſeu occumbant, ampliſſima ipſis parata eſſe præmia, in affluentiſſimis Paradiſi voluptatibus æternum perfruenda. Sed ſi & noſtrum ſinum excutiamus, inueniemus Chriſtianos in retundendis ſectæ primordiis non vſquequaque adhibuiſſe quam decebat prudentiam, moderationem, fortitudinem, conſtantiam. In primis autem dolendum, his temporibus,*

bus, dum orbis Chriſtiani fines a barbaris magis ac magis acciduntur, nihilominus inter Chriſtianos domeſtica foueri diſſidia & bella, eisq; religionẽ quidem a nonnullis prætexi, magis tamen propriam potentiam, quam vel Dei gloriam, vel Eccleſiæ ac Reip. ſalutem quæri. Quanto melius veteres Græci? qui cum & ipſi a Perſis inuaderentur, ſepoſitis omnibus inteſtinis diſcordiis, hoſti coniunctis viribus obuiam ierunt: quin & fana, barbarico furore incenſa & diruta, iureiurando communi conſenſu interpoſito, ſemiruta poſteris relinquẽda indicarunt, vt ii quoq; ruinarum intuitu ad ſimilem vlciſcendæ barbariei æmulationem accenderentur. Cuiusmodi ſtimulos cum & noſtra hæc tempora deſiderent, quibus quotidianæ paſſim ex barbaris clades audiuntur, & cum templis ipſæ eccleſiæ periclitantur: nos quoq; pro noſtra virili aliquid in medium afferre voluimus, quo & hæreſeos iſtius impuritas magis retegeretur, & remiſſiores animi ad propulſandos barbarorum incurſus excitarentur. Vobis autem, clariſſ. viri, vt hæc dicanda putaremus, fecit inſigne veſtrum erga nos ſtudium, quo, vt multi alii præſtantes viri, nos in propagandis vtriusq; linguæ monumentis veteribus, quantum poteſtis adiuuare ſatagitis. Quod beneficium niſi aliquo documento publico teſtatum faceremus, ingratitudinis notam ipſi nobis inureremus. Neq; ingrata vobis hæc futura ſperamus, cum & ipſi antiquitatis ſtudioſiſſimi ſitis, & quæ nobis bellorum pericula imminent, ipſi iam aliqua ex parte, Dei beneficio, euaſeritis. Quod reliquum eſt, quanta ſtudii promptitudine nos hæc vobis offerimus, tanta vos eadem acceptate, & ad alia deinceps nobis opem atq; operam veſtram benigne impertiri pergite. Valete feliciſſ. Heidelb. VI. Kal. April. MDXCV.

FRID.

FRID. SYLBVRGIVS LECTORI S.

SVperiori Auguſto Ioannes-Iacobus Beurerus, Græcæ linguæ & hiſtoriarum in Archiducali Academia Friburgenſi profeſſor, vir doctiſſimus & humaniſſimus, Ἔλεγχον Ἰσμαηλιτῶν ſua manu e vetere libro exſcriptum, Latineque redditum, & breui Saracenicarum ac Turcicarum rerum ſynopſi a ſe illuſtratum, ad nos mittebat, ac rogabat vt eum libellum ad hæc tempora non male accommodatum, in lucem ederemus. Quem vt primum aſpexi, mirabar omiſſum auctoris nomen. Tandem euolutis aliquot foliis, cum incidiſſem in iſta verba, ἀπεδείξαμεν ἐν τῷ κατὰ τῶν Μασσαλιανῶν τίτλῳ, conieci eſſe particulam Panopliæ Dogmaticæ Euthymii Zigabeni. Simulatque igitur per occupationes ad illuſtriſſimi Electoris noſtri Bibliothecam adire potui, veterem Panopliæ codicem inſpexi, veramque fuiſſe coniecturam meam comperi: quippe in tribus calamo exaratis codicibus, inuento titulo XXVIII. κατὰ Σαρακηνῶν. Statim ergo Beureri apographum cum membranaceo exemplari conferre inſtitui. cumque me non exiguum operæ pretium collatione iſta feciſſe animaduerterē, adhibui duos alios: immo & quartum, qui & ipſe auctoris nomine carebat. Et vbi quidem Beureriani apographi lectio aliquomodo ferri poterat, intactam retinui: vbi autem aliqua in eo vel deerant vel redundabant, ea ex veterum iſtorum librorum auctoritate vel addidi vel ſemoui. ſed pleraque omnia in eo genere vncis incluſi, vt eo ſigno legentes intelligerent a quibusdam ea libris abeſſe. Deinde, quia non in omnibus vsquequaque conſentiebant veteres iſti codices, quidquid diſcrepantiæ in eis deprehendi, quod quidem alicuius momenti eſſe videretur, id ſeorſum vel in Notarum libello vel in alphabeticis Inuentariis, vt commoditas poſcere videbatur, expoſui. Et quoniam, vt tota Panoplia, ita etiam hæc eius pars, a Petro-Franciſco Zino in Latinum ſermonem conuerſa eſt, eius quoque verſionem paſſim, ſicubi opus eſſe videretur conſului, & vbi eadem, vbi diuerſa lectionis veſtigia ſecuta eſſet, annotaui. Porro cum admodum tenuis eſſet libelli craſſities, & aliqua requireretur acceſſio, peruolutato Græcorum Electoralis bibliothecæ ſcriptorum catalogo, inquiſiui ſiqua eius argumenti eſſent opuſcula. Ac primum quidem incerti auctoris hiſtoriolam reperi de Saracenorum principe Moamede; in qua eius pſeudoprophetæ ortus & præcipua dogmata percenſentur. Deinde Catecheſin eorum qui a Saraceniſmo ad Chriſtianam eccleſiam ſeſe aggregant, cum Saracenicæ ſuperſtitionis anathematiſmo. Tertio, quoniam a Latinorum nonnullis laudatur Anaſtaſii Bibliothecarii narratio de Saracenicæ ſiue Moamedicæ ſectæ primordiis, viſum eſt & ipſam ex Electoralis bibliothecæ theſauris depromere, & quidem e regione appoſita Græca Theophanis hiſtoria, e qua poſtremā operis ſui partem deſumpſit Anaſtaſius. ea .n. coniunctio vt narrationi pleniorē fidem aſtruere, ita eandem qua explere, qua illuſtrare viſa eſt: eo etiā noīe futura gratior, quod nullū ex his opuſculis, quantum quidem mihi conſtat, in lucem hucusq; prodiit.

Erunt autem fortaſſe qui & alia his addi potuiſſe dicturi ſint. Fateor. Primum enim Ioannem Damaſcenum paulo poſt Saracenæ ſectæ initium vixiſſe, & contra eam ſcripſiſſe, ſed pauca valde, in Cribrationis ſuæ prologo tradit illuſtris ille Cardinalis Nicolaus de Cuſa: atque adeo inter Damaſceni opera exſtat Chriſtiani & Saraceni diſceptatio. Deinde Romæ in Vaticana bibliotheca exſtare dicitur Nicetæ Byzantini Philoſophi contra Moamedem liber, & Epiſtolæ ab Agarenis miſſæ confutatio, ad Michaelem Theophili filium, Imp. Conſtantinopolitanum. Sed quoniam neque illius neque huius exemplaria Græca nanciſci nobis licuit, alia eorum edendorum exſpectanda fuit occaſio. Ioannis Cantacuzeni contra Moamedem orationes quatuor, & tres Chriſtianæ religionis contra Saracenorum hæreſin Apologetici; adhæc Richardi Florentini confutatio Corani Moamedici a Demetrio Cydonio in Græcum ſermonem conuerſa; conſulto a nobis omiſſa; quod & recentiora eſſent, & prolixiora quam quæ enchiridii forma exarari poſſent. Ad *Euthymium* porro vt redeam, floruit is ſub Alexio Comneno, cui Panopliam ſuam dedicauit, circa mundi annum 6620, vt ex Zonara & Imperatorum Conſtantinopolitanorum catalogo cognoſcere licet; id eſt, circa Chriſti annum 1112: & *Catecheſeos Saracenorum cum Saraceniſmi Anathematiſmo*, meminit in Manuele Comneno Nicetas Choniates, vt infra ſuo loco docetur; quadraginta circiter annis poſt Alexium Comnenum, circa Chr. ann. 1152: nec dubium eſt quin multo ante illa tempora in vſu fuerit. *Hiſtoriola de Saracenorum principe Moamede*, etſi auctoris nullum in fronte nomen præfert, tamen cum eiſdem pene verbis in Georgii Cedreni & Ioannis Siculi Annalibus legatur, aut vetuſtior illis eſt, aut non multo recentior. Deſinit autem Cedrenus in Iſacio Comneno, anno mundi 6566; Chriſti, 1058: Siculus vero, in Michaele Theophili filio, circa mundi annum 6374; Chriſti, 866. A quo tempore non multum abſunt *Theophanes & Anaſtaſius*: quippe qui Chronographiam ſuam pertexuerunt, vt ipſimet produnt, vſque ad mundi annum 6305; Chriſti, 805. Quemadmodum vero in Euthymii Elencho plures mſſ. codices inter ſe contuli, ſic Ioannem Siculum & Georgium Cedrenum ad cetera opuſcula paſſim adhibui, eadem qua in Euthymio regula obſeruata. Et vt ex Latino Alcorano ſubinde annotaui quæ aliquid lucis afferre viderentur, ita e ſ. Bibliorum & veterum Patrum ſcriptis interdum, præſertim in Saracenorum Catecheſi, Notis inſperſi quę ad mentem eius illuſtrandam conducerent. Ad hiſtoriam & lexicographiam quæ pertinebant, partim Notarum libello, partim Indicibus inſerui. Quia vero Euthymii tantum & Theophanis interpretes habebamus; illius, recentem, Ioannem Probum Beurerum; huius, veterem, Anaſtaſium Bibliothecarium: alteros duos libellos ego Latine reddidi, & ita quidem, vt verbum verbo, quoad eius fieri poſſet, exprimerem; fidelitatis maiore quam elegantiæ ratione habita.

CAPITA

Digitized by Google

[C]APITA PRÆCIPVA ELENCHI, PER I. BEVRRERVM DIGESTA.

[1] Procœmium de ortu Pſeudoprophetæ 1,5
[2] De Scriptura diuinitus ad ipſum ſcilicet delata, & eius blaſphemiis 3,25
[3] Elenchus commentitiæ ſcripturæ, & ementitæ miſſionis pſeudoprophetæ 4,17
[4] Defenſio diuinitatis D. N. IeſuChriſti, & Sp.S. quod Deo ſint conſubſtantiales 7,32
[5] Elenchus fabulæ de Deipara virgine Maria 11,19
[6] Elenchi de Paſſione & cruce D.N.Ieſu Chriſti 12,4
[7] Elenchus maximi atheiſmi pſeudoprophetæ 12,21
[8] Elenchus Idololatriæ Moamethiſtarum 12,31
[9] Elenchi variarum fabellarum; Deum eſſe ſphæricum, & autorem mali: malum eſſe naturâ, Angelos eſſe fœminas, &c. 16,5
[1]0 Formula iuriſiurandi, partim a Moamethe ipſo, partim a Deo eius vſurpata 24,4
[1]1 Mendacium de templo ab Iſmaele ædificato 27,29
12 Lex de ritu precandi, & de luſtratione: Ridiculum ſcarabei ſacrificium 28,6
[1]3 Fabula de partu Mariæ virginis, Dauide, Salomone, ſe ipſo 28,20
14 De Sole & Luna 31,12
15 Metamorphoſis bdellæ in hominem 31,26
16 De delectu ciborum 32,1
17 De ieiunio 32,12
18 De matrimoniis 35,9
19 Claſſicum aduerſus Chriſtianos 35,18
20 De manubiis, induciis, libertate credendi; de Chriſtianorum & Iudæorum proſcriptione; de circumciſione, de camelo ſacro 35,24
21 Sententia damnationis in iudicio vniuerſali 40,18
22 Paradiſus Moamethi 43,7
23 Artes & commenta pſeudoprophetæ contra inueſtigationem falſitatis ſuarum legum 43,22
24 Mendacia de Prophetis 44,21
25 Iactationes de ſeipſo 47,6
26 Voces hominum de ipſo futuræ 47,31
27 Apoſtolatum ſuum vt probarit 48,13
28 Magicæ incantationes pſeudoprophetæ 51,15
29 Magica eius artificia, & ſacra dæmoniaca 52,1
30 Moamethiſtarum gloriatio de benedictione Iſmaelis 52,8

ISMAE-

Digitized by Google

ISMAELITARVM, FVTILIVMQVE EIVS SECTÆ DOGMATVM, perſpicua confutatio:

Ioanne-Iacobo Beurero interprete.

SARACENI vſque ad Heraclii tempora ſimulacris colendis dediti fuere, ſummaque veneratione colebant Luciferum, & Venerem; quam quidem illi *Chabar* ſua lingua appellitabant: declarat autem hæc vox ſua lingua *Magnam*. Quo tempore pſeudopropheta apud ipſos exortus eſt, MOAMETH ille, qui blaſphemiis magnopere nobilitatus eſt. Hic e tribu quadam Iſmaelitide genus ducens: primum quidem admodum iuuenis parentibus orbatus, ſeruitutem ſeruiebat apud mulierem quandam viduam, quæ genere ad ipſum attinebat. Ætate puerili exacta, in intimam conſuetudinem eius ſeſe inſinuauit, & cum ea concubuit, tandemque eam in vxorem duxit. Omnium itaq; opum hæres factus, ſæpenumero etiam mercaturæ cauſa peregre proficiſcebatur. Quodam ergo tempore in Palæſtinam iter faciens, incidit in Hebræos; deinde & in Arianos; tandem etiam in Neſtorianos: quumque videretur ingenio diſcendi cupido, celeriter e Iudæorum quidem doctrina Vnius imperium: ex Arianorum vero, Verbum & Spiritum, res eſſe conditas: e Neſtorianorum tandem, Hominis cultum, hauſit. E quibus omnibus inter ſe iunctis, mixtam quandam religionem commentus eſt.

Qui

Digitized by Google

ΕΛΕΓΧΟΣ ΣΑΦΗΣ ΤΩΝ

ΣΜΑΗΛΙΤΩΝ,

ΚΑΙ ΤΗΣ ΦΛΥΑΡΙΑΣ

τῶν δογμάτων αὐτῶν.

Οἱ Σαρακηνοὶ, μέχρι [μὲν] τῶν Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως χρόνων, εἰδωλολάτρουν, προσκυνοῦντες τῷ ἑωσφόρῳ ἄστρῳ, καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ, ἣν δὴ καὶ Χαβὰρ τῇ ἑαυτῶν ἐπονομάζουσι γλώττῃ· (δηλοῖ δὲ ἡ λέξις αὕτη, τὴν μεγάλην) τότε δὲ, ψευδοπροφήτης αὐτοῖς ἀνέστη, Μωάμεθ, ὁ ταῖς βλασφημίαις μέγας καὶ περιβόητος. οὗτος, ἀπὸ μιᾶς τῶν ἐξ Ἰσμαὴλ φυλῶν καταγόμενος, καὶ κομιδῇ νέος ὀρφανισθεὶς, ἐθήτευε παρά τινι γυναικὶ χήρᾳ, κατὰ γένος αὐτῷ προσηκούσῃ. τὴν παιδικὴν δὲ παραμειψάμενος ἡλικίαν, ὑπέδυ ταύτην, καὶ συνεγένετο· καὶ φανερῶς αὐτὴν ἔλαβεν εἰς γυναῖκα. γενόμενος δὲ κύριος τῶν ὑπαρχόντων αὐτῆς, πολλάκις [καὶ] ἀπεδήμει κατ' ἐμπορίαν. καί ποτε παραγενόμενος εἰς Παλαιστίνην, συνέτυχεν Ἑβραίοις· εἶτα καὶ Ἀρειανοῖς· ἔπειτα καὶ Νεστοριανοῖς· καὶ δόξας φιλομαθὴς, ἠρύσατο ταχέως, ἐξ Ἑβραίων μὲν, μοναρχίαν· ἐξ Ἀρειανῶν δὲ, λόγον καὶ πνεῦμα κτιστά· ἀπὸ δὲ Νεστοριανῶν, ἀνθρωπολατρείαν· καὶ σύνθετον ἐξ αὐτῶν θρησκείαν ἑαυτῷ συνεστήσατο.

νοσήσαντος δέ ποτε παρέστη μελῶν, ἡ δηλωθεῖσα τούτου γυνὴ, σφόδρα ἠνιᾶτο καὶ ἤσχαλλεν, οὐ μόνον ὡς πένητι συναφθεῖσα, ἀλλὰ καὶ ὡς παραλυτικὸν ἔχουσα τὸν γημάμενον. ἦν δὲ αὐτοῖς φίλος, μοναχός τις αἱρετικὸς, ἐξόριστος εἰς ἐκεῖνα τὰ μέρη διὰ κακοπιστίαν γενόμενος. οὗτος, ἐξ ὑποθήκης τοῦ Μωάμεθ, ἐπληροφόρησε τὴν τούτου σύζυγον, ὡς οὐκ ἔστι κοινὴ νόσος ἡ κατέχουσα τοῦτον· ἀλλ' ὁσάκις ἂν ἴδῃ τὸν ἀρχάγγελον Γαβριὴλ, μὴ φέρων αὐτοῦ τὴν φοβερὰν ἐπιφάνειαν, εἰς τοῦτο καταπίπτει τὸ πάθος. καὶ γὰρ ὁ δηλωθεὶς ἄγγελος, εἰς τοὺς μεγάλους ἀποστέλλεται προφήτας, ἀποκαλύπτων αὐτοῖς [τὰ] μυστήρια [τοῦ] θεοῦ, καὶ γνῶσιν τῶν ἐσομένων. ἀποστέλλεται δέ, φησι, καὶ πρὸς τὸν ἄνδρα τὸν σαυτῆς, ὡς μέγιστον προφήτην. αὕτη δὲ, πεισθεῖσα τοῖς λεγομένοις, καὶ γενομένη περιχαρὴς, ἐκήρυττε διαρρήδην ταῖς ἄλλαις γυναιξὶν, ὅτι μέγας ἐστὶ προφήτης Μωάμεθ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς. καὶ τὸν τρόπον τοῦτον ἐκ γυναικῶν εἰς ἄνδρας ὁ λόγος οὗτος [διαδοθεὶς] ἐκράτησε, καὶ κατέστη βέβαιος. καὶ λοιπὸν ἤρξατο διδάσκειν ὁ πλάνος ἐκεῖνος, καὶ τὴν τῶν δογμάτων αὐτοῦ νόσον διασπείρειν ἐπὶ τοὺς ἀνοήτους.

Οὗτος διεθρύλλησε, γραφὴν οὐρανόθεν ἐπ' αὐτὸν κοιμώμενον καταπεσεῖν, ἔχουσαν τοιαύτην θεολογίαν· Ὅτι τε εἷς θεός ἐστι, ποιητὴς τῶν ὅλων, μήτε γεννηθεὶς, μήτε γεννήσας· καὶ ὅτι ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, κτιστὰ ὄντα, εἰσῆλθεν εἰς Μαρίαν τὴν

ἀδελ-

Qui cum aliquando paralyſi laboraret, prædicta ipſius vxor ægre illud & indigne ferebat, vtpote quæ non ſolum pauperi, ſed & paralytico nupſiſſet. Quibus cum familiaris eſſet monachus quidam hæreticus, in eas partes ob prauas quasdam de fide opiniones expulſus: hic ex inſtinctu Moamethi, coniugi eius confirmauit, non eſſe illum communem morbum quo maritus affligeretur: ſed quotiescumque conſpiceret archangelum Gabrielem, & aſpectum ipſius inſolitum ac terribilem minus ferret, in hunc morbum incidere ſolere. Nam hic angelus, inquit, ad magnos Prophetas ablegatur, vt iisdem arcana & myſteria, ſcientiamque futurorum aperiat. Sed & ad maritum tuum, ait, mittitur; tamquam ad Prophetam maximum. Hæc vero cum orationi fidem adhibuiſſet, magno cum gaudio palam apud alias mulieres diuulgabat, Magnum Prophetam eſſe Moamethum ſuum virum. Atque hoc modo etiam apud viros hæc fama mulieris obtinuit & confirmata eſt. Sicque deinceps impoſtor ille docere cœpit, & peſtem ſuorum placitorum apud imperitos ac ſimplices diſſeminare.

2. Hic diuulgauit, ſcripturam quandã cælitus ſuper ipſum dormientem delapſam, quæ talẽ de Deo doctrinam complecteretur: nempe vnum eſſe Deum conditorem vniuerſi, qui neque genitus ſit, neque genuerit: Et Verbum Dei, atque Spiritum eius, quę ſint condita, ingreſſa Mariam

ſororem Moſis & Aaronis: hancque ſine ſemine peperiſſe Ieſum Chriſtum, qui Propheta, & ſeruus Dei fuerit: Iudæosque inuidia concitatos, voluiſſe ipſum in crucem tollere: quo comprehenſo, vmbram eius crucifixerint: Chriſtum vero neque crucifixum fuiſſe, neque obiiſſe: Deum enim hunc aſſumpſiſſe, eo quod ipſum amaret. Deum etiam Chriſtum, poſteaquam in cælum aſcendiſſet, interrogaſſe dicentem; O Ieſu, tuane hæc eſt oratio; quod tu ſcilicet ſis filius Dei, & Deus? & Ieſum reſpondiſſe, ſe non docuiſſe hoc, neque erubeſcere ſe Dei ſeruum eſſe: verum homines hæc ita dixiſſe. Hæc aliaque permulta monſtra in illa ſcriptura effutit ridicula, quam ad ſe delatam nimis inſolenter iactitat.

3. Nos vero diſcipulo eius reſpondemus, Omnes Prophetas de Domino noſtro IESV CHRISTO prædixiſſe; & ante hos, Moſen: quod & Dei filius, & Deus, extremis temporibus humanam naturam eſſet aſſumpturus; & abſoluta diſpenſatione ſua in carne, crucifigetur, ſepelietur, & reſurget, & in cælum aſſumetur: tandemque venturus ſit iudex omnium, reddens vnicuique ſecundum opera eius. atque hos quidem Prophetas, vos quoque, vti quidem dicitis, probatis. Atqui de Moametho nemo illorum prædixit quod DEVS Saracenis talem Prophetam excitaturus ſit. Et Moſes quidem, cum mons Sina terribilis eſſet nubibus, igne, tenebris, & turbine aliisque

Digitized by Google

ἀδελφῆς Μωσέως καὶ Ἀαρὼν, καὶ ἐγέννησεν αὐτὴ δίχα
σπέρμα[τος Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, προφήτην καὶ δοῦλον
γεγονότα] τοῦ θεοῦ· καὶ, ὅτι οἱ Ἰουδαῖοι φθονήσαντες,
ἠθέλησαν αὐτὸν σταυρῶσαι· καὶ κρατήσαντες,] ἐσταύ-
ρωσαν τὴν σκιὰν αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ ὁ Χριστὸς, οὐκ ἐσταυ-
ρώθη, οὐδὲ ἀπέθανεν· ὁ γὰρ θεὸς, ἔλαβεν αὐτὸν πρὸς
αὐτὸν εἰς τὸν οὐρανὸν, διὰ τὸ φιλεῖν αὐτόν· καὶ ὅτι
ἀνελθόντα τὸν Χριστὸν εἰς τὸν οὐρανὸν, ἠρώτησεν ὁ θεὸς,
λέγων· Ὦ Ἰησοῦ, σὺ εἶπες τὸν λόγον τοῦτον, ὅτι, Υἱός "
εἰμι τοῦ θεοῦ, καὶ θεός;- καὶ ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, ὅτι, Οὐκ "
εἶπον ἐγώ· οὐδὲ αἰσχύνομαι εἶναι δοῦλός σου· ἀλλ' οἱ "
ἄνθρωποι λέγουσιν ὅτι εἶπον τὸν λόγον τοῦτον:- καὶ ἄλλα "
πολλὰ περιττολογῶν ἐν τῇ τοιαύτῃ γραφῇ γέλωτος
ἄξια, ταύτην ἐκ θεοῦ, ἐπ' αὐτὸν κατενεχθῆναι φρυ-
άττεται. ἡμεῖς δὲ πρὸς τὸν μαθητὴν αὐτοῦ λέγομεν·
ὅτι, περὶ μὲν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πάντες οἱ
προφῆται προκατήγγειλαν· καὶ περὶ τούτων, Μωσῆς·
ὅτι θεοῦ υἱὸς ὢν καὶ θεὸς, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐναν-
θρωπήσει· καὶ τελέσας τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν αὐτοῦ,
σταυρωθήσεται καὶ ταφήσεται· καὶ ἀναστήσεται, καὶ εἰς
οὐρανὸν ἀναληφθήσεται· καὶ τὸ δεύτερον ἥξει κριτὴς
πάντων, ἀποδιδοὺς ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· τού-
τους δὲ τοὺς προφήτας, καὶ ὑμεῖς, ὡς λέγετε, δέχεσθε.
περὶ δὲ τοῦ Μωάμεθ, τούτων οὐδεὶς προεφήτευσεν ὅτι
τοιοῦτον προφήτην ἀναστήσει τοῖς Σαρακηνοῖς ὁ θεός.
καὶ ὁ μὲν Μωσῆς, τοῦ ὄρους τοῦ Σινᾶ φοβεροῦ γεγενη-
μένου ἐν νεφέλῃ καὶ πυρὶ, καὶ γνόφῳ καὶ θυέλλῃ, καὶ τοιαύ-

Digitized by Google

τοῖς ἄλλαις φρικταῖς καταπλήξεσιν, ὁρῶντος τοῦ λαοῦ παντὸς, εἰσῆλθεν εἰς τὸν γνόφον, καὶ τὸν νόμον ἐκομίσατο· ὁ δὲ Μωάμεθ, ποίων θεοσημείων προηγησαμένων, ἢ τινων ὁρώντων, ἐδέξατο τὴν θεόπεμπτον ταύτην, ὡς ἔλεγε, γραφήν;- καὶ οὔπω ἐξαπορούμενοι ἀποκρίνονται, ὅτι ὁ θεὸς, ὅσα θέλει, καὶ ὡς θέλει, ποιεῖ:- εἶτα πάλιν ἡμεῖς, Ἀλλὰ πῶς κατῆλθεν ἐπὶ τὸν προφήτην ὑμῶν ἡ γραφή; καὶ λέγουσιν, ὅτι, Κοιμωμένου ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτόν: καὶ αὖθις ἡμεῖς, Καὶ πόθεν δῆλον ὅτι θεόθεν ἔπεσεν ἐπ' αὐτόν; εἰκὸς γὰρ ἄνθρωπον αὐτὴν γράψαντα, ῥίψαι ἐπ' αὐτόν· ἢ καὶ αὐτὸν ταύτην πλασάμενον, κηρύττειν ὅτι θεόθεν ἔπεσεν ἐπ' αὐτόν.- μηδὲν δὲ κάλλιον προσαπολογεῖσθαι δυναμένων, λέγομεν ὅτι ὥσπερ ὁ κοιμώμενος παραφθέγγεται, καὶ ἀλλοκότους ὀνείρους βλέπει πολλάκις, οὕτω καὶ τὰ τῆς γραφῆς, ἥτις ἐπ' αὐτὸν ἐρρίφη κοιμώμενον, παραφορὰ, καὶ ὀνειρωδικώτατον τὸ ψεῦδος.- ἐρωτώντων δὲ πάλιν ἡμῶν, Πῶς, τοῦ Μωάμεθ ὑμῖν ἐντειλαμένου, μηδὲν ἄνευ μαρτυρίας ἢ ποιεῖν ἢ παραδέχεσθαι, οὐκ ἀπητήσατε αὐτὸν μαρτυρίαν, ὅτι τε ὁ θεὸς αὐτὸν προφήτην ἐχειροτόνησε, καὶ ὅτι θεόθεν ἐδέξατο τὴν εἰρημένην θεολογίαν;- σιωπῶσιν αἰδούμενοι. καὶ αὖθις ἡμεῖς, Ὦ τῆς ἀτοπίας· γυναῖκας μὲν καὶ δούλους, καὶ χρήματα καὶ κτήματα, καὶ ὄνους καὶ κύνας, τὸ ἐπιλεξάτον, χωρὶς μαρτυρίας οὐκ ἔχετε· μόνην δὲ πίστιν καὶ γραφὴν, οὕτως ἀμάρτυρον ἔχετε;

Ἀλλ' ἐπεὶ Ἰησοῦν Χριστὸν λέγετε λόγον τοῦ θεοῦ,

que conſimilibus quæ terrorem incutere & formidinẽ addere ſolẽt; omni populo ſpectante, in tenebras ingreſſus eſt, Legẽq; retulit: Moamethus vero iſte quibus portẽtis, aut quibus nã ſpectantibꝰ, accepit illã diuinitus ad ſe miſsã, vt aiebat, ſcripturã? At iſti cũ his rationib. premuntur, & in anguſtias redigũtur, reſpondẽt, Deum, quęcũq; velit, & quo modo velit, facere. Deinde nos iterũ vrgemꝰ; At quomodo deſcẽdit illa ſcriptura ad Prophetã veſtrũ? Et iſti reſpõdẽt, Eo dormiẽte in ipsũ incidit. Et nos iterũ reponimꝰ, Et vnde nã cõſtat qđ diuinitꝰ ſup ipſum deciderit? Enimuero veriſimile eſt hominẽ qui eã ſcripſerat in ipsũ ꝓieciſſe: vel potius ipſum eã confinxiſſe, & poſtea, quaſi cælitꝰ delapſa ſit, p̄dicaſſe. Cũ igitur nihil ſolidi ad ſui defẽſionẽ in mediũ adferre poſſint; dicimꝰ nos: Qđm qui dormit, loquẽdo delirat, & ſępe aliquid mõſtroſi in ſomnis videt: ſic etiã illa ſcriptura q̃ in ipſum dormientẽ cõiecta eſt, deliratio & ſomnio ſimillimũ mẽdaciũ fuit. Rurſus quũ nos ex iiſdẽ quęrimꝰ, qui fiat vt cũ illi ex p̄cepto Moamethi nihil ſine teſtimonio neq; facere neq; probare & admittere ſoleãt; nullũ teſtimoniũ ab eodẽ exegerint quod Deus ipſum vt Prophetã elegerit, qđq; ipſe diuinitus hãc de Deo doctrinã accepit; pudore ſuffuſi cõticeſcũt. Et nos iterũ cõtra, O abſurdiſſimos vos! mulieres & ſeruos, pecunias & poſſeſſiones, aſinos atq; canes, viliſſimum animal, ſine teſtibus non poſſidetis: ſolam vero Fidẽ & Scripturam adeo ſine teſtibus teneris?

4. Verũ, quia vos Ieſum Chriſtũ, Verbũ Dei &

Spiritũ eius dicitis: nolentes volentes fatemini, Verbũ Dei & Spiritũ ipſi⁹, in ipſo Deo eſſe. Verbũ.n.Dei, & Spirit⁹ Dei, ab eo ſeparari nequeunt cuius ſunt, quin expers Verbi expersq; Spirit⁹ relinquatur. Si igitur in Deo eſt verbũ eius, nimirũ & ipſum Deus eſt. Itaque & Chriſtus verbũ Dei, Deus eſt. Quia vero ex virgine natus eſt, etiã homo eſt. Sic igit' duab. naturis cõſtantẽ eum, oportet cõfiteri & Deũ & Hominẽ; vtpote qui in duabus naturis cognoſcatur; diuinitatis inquam, & humanitatis. Iſti vero, vt antea, temere & incõſiderate ad ſcripturã illã falſo diuinit⁹ miſſã confugiunt. Itaq; ratiocinatione quadã, vt verũ perſpiciant, adigendi ſunt. Deus cũ ſit perfectus, expers τοῦ λόγου (i. verbi) non eſt. Cũ igitur τῷ λόγῳ (i. verbo) prędit⁹ ſit, nõ ſine hypoſtaſi idẽ obtinet, neq; qđ aliquãdo eſſe cœperit, neq; qđ deſierit. Neq; .n. Deus vnquã exps τοῦ λόγου (i. verbi) fuit: ſed cũ ſit ſemper, ſuumq; Verbũ habeat, qđ ex ipſo generatur, & in ipſo manet, & viuit, & perfectũ eſt: nõ ſecundũ noſtrũ λόγον, ſiue verbũ. quorũ.n. eſſentia diuerſa eſt, eorũ etiã λόγος, ſiue verbum. Quemadmodũ aũt noſtrũ verbũ (ſiue oratio) ex mẽte naſcitur: ſic nõ omnino cũ eâdem ęadẽ eſt; ſed neq; penit⁹ diuerſa. Ex mẽte.n. cũ ſit, aliud qddã. præter ipſam, eſt: iã quia mentẽ ipſam declarat, nõ eſt omnino aliud p̃ter ipſam: ſed vnũ quiddam cum ſint natura, ſubiecto inter ſe differunt. Sic etiam Dei Verbum, (quod & Filius eſt) propria quidem hypoſtaſi ab eo ſeparatum eſt a quo ortum ſiue generationem habet: quia vero in ſe ipſo oſtendit quæ etiam in DEO cernuntur,

καὶ πνεῦμα αὐτοῦ, συνομολογεῖτε καὶ ἄκοντες ὅτι ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, ἐν τῷ θεῷ εἰσίν. ὁ γὰρ λόγος τοῦ θεοῦ καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, ἀχώριστά εἰσι τοῦ οὗ εἰσὶν, ἵνα μὴ ἄλογος καὶ ἄπνους ὑπολειφθῇ. εἰ δὲ ἐν τῷ θεῷ ἐστιν ὁ λόγος αὐτοῦ, δηλονότι καὶ θεός ἐστι. καὶ λοιπὸν ὁ Χριστὸς, ὡς μὲν λόγος τοῦ θεοῦ, θεός ἐστιν· ὡς δὲ ἐκ παρθένου γεννηθεὶς, ἄνθρωπός ἐστι. καὶ οὕτω διπλοῦν ὄντα χρὴ τοῦτον ὁμολογεῖν, θεόν τε καὶ ἄνθρωπον, ἐν δύο φύσεσι γνωριζόμενον, θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος. αὐτοὶ δὲ πάλιν ἀλογίστως ἐπὶ τὴν θεόπεμπτον γραφὴν καταφεύγουσι· χρὴ δὲ καὶ συλλογιστικῶς αὐτοὺς ἀνάγειν ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν·

ὁ θεὸς, τέλειος ὢν, οὐκ ἄλογος ἐστί. λόγον δὲ ἔχων, οὐκ ἀνυπόστατον ἔχει τοῦτον, οὐδὲ ἀρξάμενον τοῦ εἶναι, οὐδὲ παυσόμενον· οὐδὲ γὰρ ἦν ποτὲ ἄλογος· ἀλλ᾽ ἀεὶ ὢν τὸν ἑαυτοῦ λόγον ἔχων ἐξ αὐτοῦ γεννώμενον καὶ ἐν αὐτῷ μένοντα, καὶ ζῶντα καὶ τέλειον, καὶ οὐ κατὰ τὸν ἡμέτερον λόγον. ὧν γὰρ τὸ εἶναι διάφορον, τούτων καὶ ὁ λόγος διάφορος. ὥσπερ δὲ ὁ ἡμέτερος λόγος ἐκ τοῦ νοῦ γίνεται νοούμενος, καὶ οὔτε δι᾽ ὅλου ὁ αὐτός ἐστι τῷ νῷ, οὔτε παντάπασιν ἕτερος· (ἐκ τοῦ νοῦ μὲν γὰρ ὢν, ἄλλος ἐστὶ παρ᾽ αὐτόν· αὐτὸν δὲ τὸν νοῦν ἐμφαίνων, οὐκ ἔστιν παντελῶς ἕτερος παρ᾽ αὐτόν· ἀλλ᾽ ἓν ὢν κατὰ τὴν φύσιν, ἕτερός ἐστι τῷ ὑποκειμένῳ) οὕτω καὶ ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, ὅς ἐστιν ὁ υἱὸς, τῷ μὲν ὑφεστάναι καθ᾽ ἑαυτὸν, διήρηται πρὸς ἐκεῖνον παρ᾽ οὗ τὴν γέννησιν ἔσχηκε· τῷ δὲ ταῦτα δεικνύειν ἐν ἑαυτῷ ἃ περὶ τὸν θεὸν θεωρεῖται,

ἐν ἐστι πρὸς αὐτὸν κατὰ τὴν φύσιν:- Δεῖ τὸν λόγον ἔχειν καὶ πνεῦμα, συμπαρομαρτοῦν τι αὐτῷ, καὶ φανεροῦν αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν. καὶ γὰρ καὶ ὁ ἡμέτερος λόγος, οὐκ ἄμοιρός ἐστι πνεύματος· ὅπερ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐκφωνήσεως, φωνὴ γίνεται τοῦ λόγου ἡμῶν, φανεροῦσα τὴν τούτου δύναμιν. ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἡμῶν μὲν, ἀλλότριον τῆς ἡμετέρας οὐσίας τὸ πνεῦμα τοῦτο, ἀέρος ὂν εἰσροὴ καὶ ἐκροή· ἐπὶ δὲ τοῦ θεοῦ, ὥσπερ ὁ λόγος οὐ κατὰ τὸ ἡμέτερον, ἀλλ᾽ οὐσιωδῶς ὑφεστὼς, καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας καὶ φύσεως [τῷ γεννήτορι: οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐσιωδῶς ὑφεστὼς, καὶ τῆς αὐτῆς τῷ θεῷ οὐσίας καὶ φύσεως] καὶ τελειότητος, ἐκ τοῦ πατρὸς προϊὸν, καὶ ἐν αὐτῷ ὂν, καὶ τῷ λόγῳ καὶ υἱῷ συμπαρομαρτοῦν, καὶ ἐκφαντικὸν ὑπάρχον αὐτοῦ:- Περὶ μὲν οὖν πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, ὅτι καὶ εἰσὶ, καὶ τῆς αὐτῆς εἰσὶ φύσεως, ἱκανῶς ἡμῖν ἀποδέδεικται· περὶ δὲ τῆς μητρὸς τοῦ ἐνανθρωπήσαντος θεοῦ, τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, βραχέα τινὰ διαλεκτέον, καὶ ὅσα δύναιτ᾽ ἂν ἐλέγξαι τὴν θεόπεμπτον ἐκείνην γραφήν. ἀφ᾽ οὗ [γὰρ] ἡ τοῦ Μωσέως καὶ Ααρὼν ἀδελφὴ Μαρία, μετὰ τῶν ἀδελφῶν αὐτῆς, ἐξῆλθεν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου, δισχιλίων ἐτῶν περίοδος, ἄχρι τῆς τοῦ κυρίου κατὰ σάρκα γεννήσεως παρέδραμεν. αὕτη δὲ ἡ Μαρία, οὐχ ὑπερέβη τὸ μέτρον τῆς ζωῆς τῶν οὐσῶν τότε κατ᾽ αὐτὴν γυναικῶν. πρόδηλον οὖν τὸ ψεῦδος, καὶ κακόπλασιν, καὶ παριστορίαν. Πῶς δ᾽ ἂν καὶ ὁ Δαβὶδ, πρόγονος τοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον [αὐτοῦ] λογι-

σθείη,

vnum cum ipſo eſt & quidem natura. Iam vero Verbum vt Spiritum coniunctum habeat, oportet, qui ipſius vim & efficaciam declaret. Nãque ne noſtra quidem oratio Spiritus expers eſt: qui tempore pronunciationis vox fit noſtræ rationis; quæ omnẽ illius vim oſtendit, & in apertum profert. Sed in nobis ſpiritus ille alienus eſt a noſtra eſſentia; quippe cum ſit influxus & refluxus aeris: in Deo vero, quemadmodum ὁ λόγος, (Verbum) non vt noſtrum verbum; ſed eſſentialiter ſubſiſtens, eiusdẽ eſſentię, eiusdẽ naturæ [eſt cum genitore: ſic & Spiritus ſanctus, eſſentialiter ſubſiſtens, eiusdem cum Deo eſt eſſentię, naturæ] & perfectionis; ex Deo procedens, in eo exiſtit, & τῷ λόγῳ (Verbo) Filio nempe, coniunctus, ipſum declarat. Ac de Patre quidem, & Filio, & Spiritu ſancto, quod & ſint, & eiusdem naturæ ſint, ſatis a nobis demonſtratum eſt.

5. De matre vero Filii Dei, qui naturam aſſumpſit, paucis diſſerendum; & quantum ſatis ſit ad coarguendam ſcripturam illam diuinitus ſcilicet miſſam. Ab eo itaque tempore quo Moſis & Aaronis ſoror Maria cum fratribus ex Ægypto egreſſa eſt, periodus [bis] mille annorum vsque ad Chriſti in carne natiuitatem lapſa eſt. Hæc vero Maria, non transgreſſa eſt paruulam ætatem illam mulierum illarum quæ ſecum ea tempeſtate viuebant. Manifeſtum ergo mendaciũ, proprio commẽto & hiſtorica fide euerſum. Quomodo vero ætas Dauidis, qui vnus e maioribus Chriſti fuit, humanitus loquendo, computari

putari

putari queat, qui poſt obitum Mariæ, ſororis Moſis & Aaronis, multis annis poſtea & natus & educatus eſt, liberoſque procreauit?

6. Nullo pacto igitur diuinitus miſſa eſt ſcriptura, quæ talia nugatur & tanta mendaciorum portenta. Si .n. Mariç, ſororis Moſis & Aaronis, filius eſſet Chriſtus: cõueniebat, ipſum, cũ Pontio Pilato iudicandus aſtaret, extremæ ætatis eſſe, & veluti hominis reliquias; vtpote qui tam multis annis, qui interea lapſi ſunt, paulatim & ſenſim conſumptus eſſet. Præterea non vmbram Chriſti, ſed ipſum Chriſtũ crucifixũ eſſe ſecundũ carnẽ; declarat ſanguis, qui de ſanctiſſimo ipſius corpore defluxit, qui adhuc apud Chriſtianos cõſeruatur, & ſcaturit; qui qđ ſit Chriſti, ſanandi vi multisq; miraculis planũ fit. Quin & Prophetæ de ipſius ſupplicio crucis, deq; iis q̃ illud anteceſſerũt, perſpicue vaticinati ſunt: vt iam ex reliquis ſcripturç partibus probationes omittamus, quas Agareni neque ſciunt neque ſane admittunt.

7. Iam vero, quod dicit ille; Deũ ignorare nũ Chriſtus homines docuerit quod ſit Deus etiam ipſe, & propterea ipſum interrogare: & ipſo hoc negante, Deũ veluti apologiam ipſius & defenſionem probaſſe: hoc vero annõ quauis damnatione dignũ eſt? quomodo .n. Deus eſt ſi q̃ fiunt, ignorat? quomodo Chriſtꝰ, qui veritatẽ ſeipſum in Euangelio nominauit Deo falſum dixit, cum veritatem negauit? quippe qui Deus eſt, quemadmodum prius demonſtratum eſt.

8. Traducũt atq; infamãt nos veluti ſimula-

crorum

ὠθείη, μετὰ τὸν τῆς Μαρίας θάνατον, τῆς ἀδελφῆς Μωσέως καὶ Ααρὼν, πολλοῖς ὕστερον ἔτεσι γεννηθεὶς καὶ ἀνατραφεὶς καὶ παιδοποιήσας; Πῶς οὖν θεόπεμπτος, ἡ τοιαῦτα φλυαροῦσα γραφὴ, καὶ τηλικαῦτα ψευδομένη; εἰ γὰρ Μαρίας τῆς ἀδελφῆς Μωσέως καὶ Ααρὼν υἱὸς ἦν ὁ Χριστὸς, ἔδει τοῦτον, ὅτι παρέστατο Ποντίῳ Πιλάτῳ κρινόμενος, ἐσχατόγηρων εἶναι, καὶ οἷον ἀνθρώπου λείψανον, τῷ πολλῷ μήκει τῶν ἐν μέσῳ χρόνων κατὰ μικρὸν δαπανώμενον.

Ὅτι δὲ οὐχ ἡ σκιὰ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ὁ Χριστὸς αὐτὸς ἐσταυρώθη κατὰ σάρκα, δηλοῖ τὸ καταρρεῦσαν αἷμα τοῦ παναγίου σώματος αὐτοῦ, παρὰ Χριστιανοῖς φυλαττόμενον, καὶ βρύον ἰάσεσι, καὶ πολλοῖς θαύμασι μαρτυρούμενον ὅτι τοῦ Χριστοῦ ἐστι. Καὶ οἱ προφῆται δὲ περὶ τῆς σταυρώσεως αὐτοῦ καὶ τῶν περὶ ταύτης παθημάτων, σαφῶς προκατήγγειλαν· ἵνα τὰς ἐκ τῶν ἄλλων γραφῶν ἐάσωμεν ἀποδείξεις, ἃς οὐδὲ ἐπίστανται οἱ Σαρακηνοὶ, ναὶ μὴν οὐδὲ παραδέχονται. Τὸ δὲ καὶ τὸν θεὸν ἀγνοεῖν εἰ ὁ Χριστὸς ἐδίδαξε τοὺς ἀνθρώπους ὅτι θεός ἐστι καὶ αὐτὸς, καὶ διὰ τοῦτο ἐπερωτᾶν αὐτὸν, καὶ ἀρνησαμένου δέξασθαι πως τὴν ἀπολογίαν αὐτοῦ, ποίας οὐκ ἂν εἴη καταγνώσεως ἄξιον; πῶς γὰρ θεὸς, εἰ ἀγνοεῖ τὸ γινόμενον; πῶς δὲ καὶ ὁ Χριστὸς, ἀλήθειαν ἑαυτὸν κατὰ τὸ εὐαγγέλιον ὀνομάσας, ἐψεύσατο [παρὰ] τῷ θεῷ, τὴν ἀλήθειαν ἀρνησάμενος; [καί τοι θεὸς ὤν, ὡς προαποδέδεικται:-]

Διαβάλλουσιν ἡμᾶς ὡς εἰδωλολάτρας, διὰ τὸ

προσ-

προσκυνεῖν τὸν σταυρὸν, ὃν καὶ βδελύττονται. καὶ λέγομεν πρὸς αὐτούς· Πῶς οὖν [καὶ] ὑμεῖς προστρίβεσθε τῷ λίθῳ τοῦ Βραχθὰν, καὶ φιλεῖτε τοῦτον; καὶ τινὲς μὲν αὐτῶν φασι, διότι ἐπάνω αὐτοῦ συνουσίασε τῇ Ἄγαρ ὁ Ἀβραάμ· ἄλλοι δὲ, ὅτι προσέδησεν αὐτῷ τὴν κάμηλον, μέλλων θῦσαι τὸν Ἰσαάκ. πρὸς οὓς πάλιν ἡμεῖς· Εἶτα ὑμεῖς μὲν οὐκ αἰδεῖσθε προσκυνοῦντες καὶ τιμῶντες λίθον ἐφ' οὗ γυναικὶ συνουσίασεν ὁ Ἀβραάμ, ἢ προσέδησε τὴν κάμηλον· ἡμῖν δὲ ὀνειδίζεσθε προσκυνοῦσι τὸν σταυρὸν δι' οὗ δαιμόνων ἰσχὺς, καὶ διαβόλου καταλύεται πλάνη; ὁ δὲ ῥηθεὶς λίθος, κεφαλὴ τῆς Ἀφροδίτης ἐστίν· ἣν πάλαι προσεκύνουν οἱ Ἰσμαηλῖται· φέρει γὰρ μέχρι καὶ νῦν τοῖς ἀκριβῶς κατασκοποῦσιν ἐκ γλυφίδος ἀποτύπωσιν κεφαλῆς:- Τὸ Βαχχὰ ἰσμακὲχ καλούμενον εἴδωλον, ὅπερ αὐτὸς προσκύνημα παρατηρήματος ὀνομάζει, τοὺς ἀθλίους βαρβάρους προσκυνεῖν ἐκέλευσε. καὶ δύο δὲ ὀνόματα βάρβαρα, τὸ τζιτζαφὰ καὶ μαρουὰ, ἐκ τῶν σεβασμάτων εἶναι λέγει τοῦ θεοῦ θεοῦ ἢ πάντως τοῦ οἰκείου. καὶ τοῖς ἠπατημένοις δὲ ὑπ' αὐτοῦ, παραγινομένοις κατὰ τὸ ἐκεῖσε μιαρὸν οἴκημα τοῦ προσευκτηρίου, περιελθεῖν αὐτὸ κυκλικῶς προστάσσει. ὡς δὲ παρά τινος ἐξ αὐτῶν πρὸς Χριστιανοὺς αὐτομολήσαντος ἔμαθον, εἴδωλόν τι λίθινον κάθηται μέσον τοῦ οἴκου· καὶ οἱ τὴν πρᾶξιν τοῦ δαιμονιώδους ἐπιτάγματος τούτου πληροῦντες, κεκλικότες τοὺς ἀθλίους αὐτῶν αὐχένας, καὶ τὴν χεῖρα

ὀρθιοι

ſcrorum cultores, eo quod crucem adoremus, quã illi etiã exſecrantur. Et reſpondemus; Quomodo ergo vos lapidi adhæretis Brachthan, & ipsũ oſculamini? Et reſpõdent nonnulli ex ipſis; Ideo, quia ſuper ipſum Abraham cum Agar congreſſus eſt: alii vero, quia ad ipſum alligauit camelum, cum Iſaacũ immolaturus eſſet. Ad quos nos iterum; Itane vos non pudet adorare & honorare lapidem in quo cum muliere Abraham coiuit, aut ad quem camelum alligauit: nobis vero exprobratis quod crucem adoremus, per quam vires Dæmonum, & Diaboli omnis deceptio eneruantur & infringuntur? Atqui prædictus lapis iſte caput eſt Veneris, quam Iſmaelitæ iam olim adorabant. Lapis ille etiamnum præfert, ſi quis accurate ſpectet, deformationem capitis. Eſt ſimulacrum *Bacchá Iſmakéch* illis dictum: quod ipſe *Adoramen obſeruationis* appellat, &, vt miſeri barbari adorarent, præcepit. Sed & duo vocabula barbara, nempe Tzitzapha & Marua, ex ſingulari Dei colendi religione eſſe docet; Dei autem omnino ſui & proprii. Quinetiam ille miſeris illis & a ſe deceptis in exſecrabili illo domicilio, quod precationibus deſtinatum, adeſſe, & in orbem illud circuire iubet: & (quemadmodum ego ex quodam ſuorum diſcipulorum, qui ad Chriſtianorum partes transiit, intellexi) ſtatua quædam lapidea erecta eſt in medio domicilii; & qui dæmoniaca illa mandati iſtius actione defunguntur, miſeris ſuis ceruicibus inclinatis, altera manu

ſurſum

ſurſum ad ipſam erecta, altera aurem tenentes, circumeunt, donec vertigine correpti concidant. Enimuero quid hic aliud, quam ſtatuam colere, quaſi lege ſanxit?

9. Hic quidem Moameth licet eſſet rudis & agreſtis homo, tamen centum & tredecim conſcripſit fabellas, & vnicuiq; harũ dignum quoddam nomen hac ſua inſcitia indidit. Quarũ quidem omnium impuritatem & nugas manifeſtas, & recenſere & refellere, quid aliud fuerit quam cum Hercule Augeæ ſtabulum, egeſto ſtercore, purgare? Reliquum igitur fuerit, aliis præteritis, paucis eorum dumtaxat meminiſſe quæ maioris momenti ſunt, & ad recte cognoſcendam, & ad damnandam ſectam exſecrabilem.

Deum ὁλόσφυρον dicit, ſphæricum videlicet ac rotundum. Atqui hęc figura, corporis eſt, & corpus declarat; quemadmodum quod denſum atq; conſtipatum eſt. Cum igitur, vt ipſi placet, Deus materiata quædam ſit ſphæra, neque audiet, neque videbit: & in præceps temere feretur, inconditoque motu volutabitur.

Cum autem ſtatuit Deum autorẽ omnis mali, quemadmodum & omnis boni, ait: *Quem Deus ducit, ille recte ducitur: & quos ille in errorem impellit, illi ſunt qui deſeruntur.* Et paulo poſt, hæc confirmans, ſubiicit: *Non ſum dominus animæ meæ, neque ad ſalutem neque ad perniciem, niſi quatenus hoc ipſum* DEVS *vult.* Oblitus deinde quod Prophetam paulo ante ſeipſum prædicaſſet, ait; *Et ſi noſſem ea quæ abſunt, poſſem ſane bonis affluere, neq;*

τοὔσθιον πρὸς αὐτὸ ἐκπεπληχότες, τῇ τε ἑτέρᾳ τὸ οὖς ἑαυτῶν κατέχοντες, κυκλοτερῶς περιέρχονται, μέχρις ἂν σκοτοδινίᾳ ληφθέντες καταπέσωσιν. ἰδοὺ προδήλως εἰδωλολατρεῖν ἐνομοθέτησεν:-

Οὗτος ὁ Μωάμεθ, καίτοι ἀμαθὴς ὢν καὶ ἄγροικος, τρία καὶ δέκα καὶ ἑκατὸν συνεγράψατο μυθάρια· ἑκάστῳ τούτων, ὄνομα ἐπιθεὶς ἄξιον τῆς ἀπαιδευσίας καὶ μωρολογίας αὐτοῦ. ὧν ἁπάντων τὴν ἀκαθαρσίαν καὶ [τὴν] πρόδηλον φλυαρίαν, τὸ καὶ διηγήσασθαι καὶ ἀνατρέψαι, ἴσον ἐστὶ τῷ τὴν Αὐγέου κόπρον ἐκκομίσαι κατὰ τὸν Ἡρακλέα. λοιπὸν οὖν, τἄλλα παραδραμόντες, ὀλίγων ποιησόμεθα μνήμην, καὶ ὅσα πάντως ἀναγκαιότερα, πρὸς τὸ διαγνωσθῆναί τι καὶ καταγνωσθῆναι.

Ὁλόσφυρον λέγει τὸν θεὸν ἤτοι σφαιρικόν· τοῦτο δὲ τὸ σχῆμα, σώματός ἐστι, καὶ σῶμα ἐμφαίνει· ὥσπερ δὴ καὶ τὸ πυκνὸν καὶ πεπιλημένον. σφαῖρα δὲ ὑλικὴ καὶ αὐτὸς ὁ θεὸς ὢν, οὔτε ἀκουσθήσεται, οὔτε ὀφθήσεται· καὶ καταπρανῶς, ὡς ἔτυχεν, ἐνεχθήσεται, καὶ ἄτακτα κατακυλισθήσεται.

Δογματίζων αἴτιον εἶναι παντὸς κακοῦ τὸν θεὸν, ὥσπερ δὴ καὶ παντὸς ἀγαθοῦ, φησίν· Ὃν ὁδηγεῖ ὁ θεὸς, ἐκεῖνός ἐστιν ὡδηγημένος· καὶ οὓς πλανᾷ, ἐκεῖνοι εἰσὶν οἱ λειπόμενοι:- καὶ μετ' ὀλίγα, τὸ αὐτὸ βεβαιῶν, ἐπήγαγεν, ὅτι, Οὐ κυριεύω τῆς ψυχῆς μου εἰς ὠφέλειαν, εἴτε βλάβην· εἰ μὴ ὅπερ ἐθέλει ὁ θεός:- Καὶ ἐπιλαθόμενος ὅτι προφήτην πρὸ μικροῦ ἐκήρυσσεν ἑαυτὸν, λέγει. Καὶ εἰ ἐγίνωσκον τὰ ἀπόντα, εἶχον ἂν πλεονάσαι ἐκ τοῦ

ἀγαθοῦ, καὶ οὐκ ἂν εἶχέ μου ἅψασθαι δεινόν:- καὶ πῶς ἂν ἐξέφυγες τὰ δεινὰ, φύσει, καθὼς [αὐτὸς] λέγεις, ὄντα; εἰ δὲ ἠδυνάσθω διαφυγεῖν αὐτὰ, οὐ φύσει πάντως εἰσίν. ὅτι δὲ οὐκ ἔστιν αἴτιος τῶν κακῶν ὁ θεὸς, ἀπεδείξαμεν ἐν τῷ κατὰ [τῶν] Μασσαλιανῶν τίτλῳ, καὶ ζήτησον τὸ ιζ' κεφάλαιον:-

Φησὶν ἐν τῷ ὀγδόῳ τῶν μυθαρίων αὐτοῦ· λέγουσιν οἱ Ἰουδαῖοι, Ὁ Ἰσραὴλ ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ:- καὶ λέγουσιν οἱ Χριστιανοὶ, ὅτι ὁ Χριστὸς ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ:- τοῦτ' ἔστιν ὁ λόγος αὐτῶν, διὰ τῶν στομάχων αὐτῶν:- καὶ τὰ ἑξῆς. ἀλλ' ἄκουσον υἱὲ τοῦ πατρὸς τοῦ ψεύδους. Ἰουδαῖοι μὲν, οὐ γνήσιον υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν Ἰσραὴλ ὀνομάζουσιν· ἀλλ' ἢ ὅσον δεῖξαι τὴν πρὸς αὐτοὺς τοῦ θεοῦ στοργὴν, διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτοῖς εὐσέβειαν. οἱ δέ γε Χριστιανοὶ, φύσει υἱὸν θεοῦ, καὶ ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦσιν. εἰ γὰρ, ὡς αὐτὸς ὁμολογεῖς, ἐκ θεοῦ δέδοται τῷ Χριστῷ τὸ εὐαγγέλιον, καθὼς ὑποκατιόντες ἀποδείξομεν· ἐν αὐτῷ δὲ τῷ εὐαγγελίῳ γέγραπται, ὅτι τρίτον ἄνωθεν ὁ θεὸς ὑπὲρ Χριστοῦ ἐμαρτύρησε· ποτὲ μὲν λέγων, [ὅτι,] Οὗτος ἐστὶν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός:- ποτὲ δὲ, Καὶ ἐδόξασα, καὶ [πάλιν] δοξάσω:- καὶ ἐν τῷ ὄρει δὲ τῷ Θαβὼρ, ὅτι, Αὐτοῦ ἀκούετε:- τί ἄτοπον καὶ ξένον ποιοῦσιν οἱ Χριστιανοὶ, θεὸν καὶ θεοῦ υἱὸν ὁμολογοῦντες τὸν Χριστὸν, τοῦ Θεοῦ [καὶ] τῷ Χριστῷ ταῦτα προσμαρτυροῦντος, ὡς διδάσκει τὸ εὐαγγέλιον, ὃ ἐκ θεοῦ δεδόσθαι ὁμολογεῖς;-

Ἐπι-

neq; me poſſet malum attingere. Quomodo vero tu mala effugeres, quæ, vti tu doces, ſunt natura? Si vero tu illa vitare potuiſti, non igitur illa natura ſunt. Deum vero non eſſe auctorem malorum, in titulo contra Maſſaliotas a nobis demonſtratum eſt: conſule cap. XVII.

In octaua fabellarum ſuarum ait: *Iudæi dicunt Iſraelem eſſe filium Dei: & Chriſtiani dicunt Chriſtum eſſe filium Dei: hic eſt ſermo per ipſorum ſtomachum*, & quæ ſequuntur. Verum attende, o fili patris tui mendacis: Iudæi quidem, non germanum Dei filium Iſraelem nominant; ſed tantum, vt oſtendant Dei erga ſe amorem & propenſionem, ob eam qua Patres excellebant pietatem: Chriſtiani vero, natura filium Dei, & Patri conſubſtantialem ſecundum diuinitatem, Chriſtum confitentur. Nam ſi, vt fateris, Chriſto a Deo Euangelion datum eſt, quemadmodum nos ipſi in ſubſequentibus demonſtrabimus; & in Euangelio ſcriptum eſt quod Deus cælitus de Chriſto teſtificatus ſit; alicubi quidem dicens, *Hic eſt filius meus dilectus*: alicubi vero, *Et glorificaui & [rurſum] glorificabo*: & in monte Thabor, *Ipſum audite*: quidnam abſurdi & alieni admittunt Chriſtiani, qui & Deum, & Dei filium Chriſtum confitentur: cum & Deus Chriſto ea tribuat ex teſtimonio Euangelii? quod etiam tu diuinitus datum fuiſſe affirmas.

B 2 Cum

Cum vero Chriſti & Euangelii mentionem facit, ex perſona Dei ait; *Miſimus hunc velut aſſeclam omnium* (*aliorum ſcilicet Prophetarum*) *Ieſum filium Mariæ; vt ea quæ in Lege ante ſcripta erant, vera certaque repræſentaret: Euangelio ad ipſum demiſſo: in quo eſt via, lux, & iuſtitia: ſecundum potentiam Legis, quæ ipſum anteceſſit, ad inſtitutionem & promiſſionem eorum qui ipſum timent, & ad iudicandum domeſticos Euangelii.* Si igitur Chriſtus, vt ea quæ de ipſo prædicta erant, vera repræſentaret, id eſt vt legem veterem expleret, aduenit: Euangeliumque viam, inſtitutionem, lucem & iuſtitiam hominibus tradidit, quemadmodum tu ipſe confiteris: & ipſe iudicium facturus eſt: reliquum eſt aliud te nihil hominibus obtrudere quam errores, & quę ex diametro cum doctrina veritatis pugnent.

Iterũ tamquã ex perſona Dei proponit; *Cum regionem aliquam perdere volebamus, iubebamus hoĩes in eadem agentes, ſeſe luxui & intemperantiæ dedere: & hoc decretum de perditione ipſorum, de ipſis verum fiebat, vna cum oraculo: & ſic ipſos vere perdomuimus: multosq; perdidimus ex ſeculis illis poſt Noe.* Hæc verba cuinam potius conueniant; Deone ſalutis humanæ amanti; an vero dæmoni, qui homines ſummo odio proſequitur? Deusne iubet homines intemperanter viuere; an diabolus? At qui iubet intemperanter viuere, is eſt auctor intemperantiæ & luxus, atque adeo maiori pœna dignus.

Moſes quidem literis mandauit quod *filii Dei,*

videntes

Digitized by Google

Ἐπιμνησθεὶς δὲ τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ εὐαγγελίου, φησὶν ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ· Ἀπεστείλαμεν ἀκόλουθον τούτων πάντων (δηλαδὴ τῶν προφητῶν) Ἰησοῦν τὸν υἱὸν Μαρίας, εἰς τὸ ἀληθοποιῆσαι τὰ πρὸ αὐτοῦ, τὰ τοῦ νόμου, καταγαγόντες πρὸς αὐτὸν τὸ εὐαγγέλιον· ἐν ᾧ ἐστιν ὁδήγησις, φῶς, καὶ δικαιοσύνη, κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ πρὸ αὐτοῦ νόμου, εἰς ὁδήγησιν καὶ ἐπαγγελίαν τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν, καὶ εἰς τὸ κρῖναι τοὺς οἰκείους τοῦ εὐαγγελίου:- εἰ δὲ ἀληθοποιῆσαι τὰ πρὸ αὐτοῦ, τουτέστι τὰ τοῦ παλαιοῦ νόμου, παραγενόμενος ὁ Χριστὸς καὶ τὸ εὐαγγέλιον, ὁδήγησιν καὶ φῶς καὶ δικαιοσύνην τοῖς ἀνθρώποις παρέδωκεν, ὡς αὐτὸς ὁμολογεῖς, καὶ τὴν κρίσιν αὐτὸς μέλλει ποιεῖν, σοὶ περιλέλειπται συνεισενεγκεῖν τοῖς ἀνθρώποις οὐδὲν ἕτερον ἢ πλάνην καὶ ἐναντίωσιν τῆς ἀληθείας δογμάτων.

Λέγει πάλιν ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ· Ὅταν ἠθέλομεν ἀπολέσαι χωρίον, ἐκελεύομεν τοῖς ἐστῶσιν ἐν αὐτῷ, καὶ ἠσώτευον ἐν αὐτῷ· καὶ ἐδικαιοῦτο ἐπάνω αὐτῶν [ὁ] λόγος, ὁ τῆς ἀπωλείας αὐτῶν δηλονότι, καὶ τῆς κατ' αὐτῶν ἀποφάσεως· καὶ ἐδαμάσαμεν αὐτοὺς δαμάσει, καὶ πολλοὺς ἀπωλέσαμεν ἐκ τῶν γενεῶν μετὰ τὸν Νῶε:- ταῦτα τὰ ῥήματα, τίνι μᾶλλον ἁρμόζει, τῷ φιλανθρώπῳ θεῷ, ἢ τῷ μισανθρώπῳ δαίμονι; θεὸς κελεύει ἀσωτεύειν, ἢ διάβολος; ὁ δὲ κελεύων ἀσωτεύειν, ἐκεῖνος τῆς ἀσωτίας αἴτιος μάλιστα, καὶ πλείονος κολάσεως ἄξιος:-

Μωσῆς μὲν ἔγραψεν, ὅτι, Ἰδόντες οἱ υἱοὶ τοῦ θεοῦ

τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων ὅτι καλαί εἰσιν, ἐλάμβανον ἑαυτοῖς γυναῖκας:- υἱοὺς μὲν θεοῦ, τοὺς ἀπογόνους τοῦ Σὴθ, προσαγορεύων· (οὕτω γὰρ δοκεῖ ὠνομάσθαι, διὰ τὸ θεομίμητον αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐνάρετον καὶ εὐλαβῆ πολιτείαν) θυγατέρας δὲ ἀνθρώπων, τὰς ἐκ τοῦ Κάϊν καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ καταγομένων. ὁ δὲ Μωάμεθ, τοὐναντίον εἴρηκεν· ἀντὶ μὲν τῶν υἱῶν τοῦ θεοῦ, θηλείας ἀγγέλους εἰπὼν, κατὰ τὸν Ἑλλήνων μῦθον, Ἶρις δ' αὖ Ἑλένῃ λευκωλένῳ ἄγγελος ἦλθεν - ἀντὶ δὲ τῶν θυγατέρων τῶν ἀνθρώπων, υἱοὺς ἀνθρώπων ἐπαγαγών· καὶ τὸ πάντων ἐλεεινότατον, ὅτι παρὰ θεοῦ τοῦτο γενέσθαι καταγγέλλει, λέγων, Ἐξελέξατο κύριος, ἡμῶν τὰ τέκνα· ἔλαβεν ἐκ τῶν ἀγγέλων θηλείας. ὑμεῖς δὲ λέγετε λόγους μεγάλους, τουτέστι, φημίζετε τὸν θεὸν υἱοὺς ἔχειν. μᾶλλον μὲν οὖν, θηλείας ἀγγέλους, νύμφας, δέδωκε τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων· ἐξ ὧν οἱ γίγαντες ἐγεννήθησαν - Καὶ ὅτι μὲν αἱ θήλειαι ἄγγελοι οὐκ εἰσὶ θυγατέρες θεοῦ, κατὰ τὸν ἴσον μῦθον, ὄμνυσι, καὶ ἐπαρᾶται τὸν τοῦτο ὑπολαμβάνοντα· ὅτι δὲ θήλειαι ἄγγελοι εἰσὶν, ἐνίσταται, καὶ διϊσχυρίζεται. ἀλλ' εἰ καὶ δοθείη, ὅπερ ἀμήχανον, ἄνδρα θηλείᾳ ἀγγέλῳ μίγνυσθαι, καὶ σπερμαίνειν ἐν αὐτῇ· ἐν ποίᾳ μήτρᾳ συνέξει καὶ ζωώσει τὸ σωματικὸν σπέρμα ἡ ἀσώματος; ποίᾳ δὲ καταλλήλῳ ὕλῃ θρέψει τοῦτο; πῶς δὲ καὶ ἐγγάστριον περιάξει τὸ βρέφος; πῶς δὲ καὶ γαλουχήσει τὸ χυμοὺς θρεπτικοὺς εἰωθὸς ἐπισπᾶσθαι ζῶον, ἡ ἄϋλος

καὶ

videntes filias hominum quod eſſent formoſæ, duxerint ſibi vxores: FILIOS DEI poſteros Sethi appellans. Sic enim ille nominatus eſt, ob imitationem Dei, & ſtudium virtutis, vitamque religioſam. *Filias* vero *hominum* dixit eas quæ a Chaino eſſent procreatæ, aut ab ipſo genus ducerent. Moameth vero contra dixit: & pro filiis quidem Dei, angelos fœminas nominauit, vt eſt in fabulis Græcorum; *Aſt Iris Helena formoſæ nuncia venit.* Pro filiabus vero hominum, filios hominum ſubiecit: & quod omnium maximo miſerabile eſt, hæc a Deo facta narrat, cum ait: *Elegit Dominus noſter liberos: & accepit ex angelis quidem fœminas. Vos vero ardua quædam & magna pronunciatis, id eſt, Deum liberos habere diuulgatis: imo vero potius angelos fœminas, nymphas, dedit ille filiis hominum; e quibus Gigantes nati ſunt.* Iam vero angelos fœminas non eſſe filias Dei, vt eſt in fabella XVI, iureiurando affirmat; eumque qui ita opinetur, exſecratur. Quod vero fœminæ angeli ſint, iterum iterumque affirmat & pertendit. Quod ſi etiam daretur, quod tamen fieri nequit, virum cum fœmina angelo rem habere, & ſemen in eandem emittere: quanam, cedo, matrice continebit, & viuum efficiet ea quę corporis eſt expers, ſemen corporeum? deinde, quanã cõgruente alimonia nutriet iſtud? quomodo infantẽ, qui ante partũ in ventre fouet, circũferet? deniq; quomodo lacte fouebit animal, qđ ſuccos nutriẽtes attrahere cõſueuit, ea quæ materię

Digitized by Google

& ſanguinis eſt expers naturâ. Non igitur omnino eſt angelus fœmina: fœmina enim & mas, propria ſunt corporum.

10. Inducit Deum ſuum tali iureiurando ſeſe obſtringentem, *Na per phulcos phulcorum, & prothiſmata prothiſmatum.* Et iterum in alia fabella; *Na per licmunta licmuntum, & portantes onera, currenteſque rectam viam, & ea quæ res partiuntur.* Et iterum in alia; *Na per montem & ſcripturam duobus verſibus ſcriptam in membrana tenui: & hoſpitium ædificatum, & tectum quod appenditur, & per mare vinctum.* Et in aliis alia quædam barbarica, ſtulta, inepta, nec aliena ab ipſius nugis & amentia. Et alibi rurſum, *Per calamum, & quæ diſtinguunt verſus.* Et iterum in aliis iuramentum concipit *per abſolutas ordine, & per procellarum procellas, per expanſorum expanſiones, & capientes conceptamen, & iacientes ſententiam defenſoriam.* Et iterum in aliis; *Na per eas quæ attrahunt bolidem, per adimentes adimentum, per natantes natationem, per anticipantes anticipamen, per adminiſtrantes negotium in die quo terra motus quatit.* Et rurſum in alia; *Na per cælum turritum, & diem compoſitionis, per teſtem & teſtificatum.* Et rurſum in alia; *Na per cælum & altarik.* Et quid ſcis quid ſit *Altarik?* *Stella*, inquit, *perforata.* Et in alio loco; *Na per*

fulgorem

Digitized by Google

καὶ ἄναιμος φύσις; οὐκ ἄρα πάντως οὔτε θήλεια ὁ ἐστὶν ἄγγελος. τὸ γὰρ ἄρρεν καὶ τὸ θῆλυ, σωμάτων ἴδια.

Εἰσάγει τὸν θεὸν αὐτοῦ τοιοῦτον ὅρκον ὀμνύοντα, Μὰ φουλκὶ τῶν φυλκῶν, καὶ περιθίσματα περιθισμάτων:- καὶ αὖθις ἐν ἑτέρῳ μυθαρίῳ, Μὰ λικμοῦντα λικμούντων, καὶ βαστάζουσας γόμους, καὶ τρεχούσας εὐθεῖαν, καὶ τὰ μερίζοντα πράγματα:- Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ, Μὰ τὸ ὄρος, καὶ γραφὴν διεστιχισμένην ἐν μεμβράνῳ λιτῷ· καὶ τὸ ὀσπήτιον τὸ ᾠκοδομημένον, καὶ τὸ στέγος τὸ σηκούμενον, καὶ τὴν θάλασσαν τὴν δεδεμένην:- καὶ ἐν ἑτέροις ἄλλα τινὰ βαρβαρικὰ καὶ ἀνόητα, καὶ τῆς αὐτοῦ φλυαρίας καὶ φρενοβλαβείας οὐκ ἀποδέοντα. καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν, Μὰ τὸν κάλαμον καὶ ἃ στιχίζουσι:- καὶ πάλιν ἐν ἄλλοις ὅρκον πεποίηται, [Μὰ] τὰς ἀπολυομένας ὀρδίνους, καὶ καταιγίδων καταιγίδας, καὶ ἁπλωθέντων ἁπλώματα, καὶ χωρούσας χώρημα, καὶ ῥιπτούσας γνώμην ἀπολογητικήν:- καὶ αὖθις ἐν ἄλλοις, Μὰ τὰς ἀνασπωμένας βόλισμα, καὶ ἀφελομένας ἀφέλωμα, καὶ κολυμβούσας κόλυμβον, καὶ περιλαβούσας περιλάβωμα, καὶ διοικούσας πρᾶγμα ἐν ἡμέρᾳ ἐν ᾗ σείεται ὁ σεισμός:- Καὶ αὖθις ἐν ἑτέρῳ, Μὰ τὸν οὐρανὸν τὸν πεπυργωμένον, καὶ τὴν ἡμέραν τῆς συνταγῆς· καὶ μάρτυς καὶ μαρτυρούμενον:- καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ, Μὰ τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν ἀλταρίκ - καὶ τί οἶδας τί τὸ ἀλταρίκ; ὁ ἀστὴρ ὁ τρυπητής:- καὶ ἐν ἄλλῳ πάλιν, Μὰ

τὸ αὖγος καὶ νύκτας δέκα· καὶ ἡ ζυγὴ καὶ ἡ ἀποζυγή· καὶ ἡ νὺξ ὅταν ἐφαπλῶται:- καὶ αὖθις ἐν ἄλλῳ, Μὰ τὰς συκᾶς καὶ τὰς ἐλαίας τοῦ Σινᾶ, καὶ ταύτην τὴν χώραν:- καὶ ἐν ἄλλῳ πάλιν, Μὰ τὰς δραμούσας ἐν ὑλακισμῷ, καὶ τὰς δεικνυούσας πυροβολίαν, καὶ τὰς περιπλέουσας εἰς τὸ αὖγος, καὶ ταράξαντας εἰς τὸ ὑδρόστατμα:- καὶ ἀλλαχοῦ, Μὰ τὸν ἄλεζερ:- Τούτων δὲ τῶν ὅρκων, τοὺς μέν, τοῦ παρ' αὐτῷ Θεοῦ φησὶν εἶναι· τοὺς δέ, αὐτὸς ὄμνυσι, καταπλήττων καὶ τούτοις τοὺς βαρβάρους, καὶ θέλων δεῖξαι τούτοις πολυμαθὴς, καὶ βαθέα μυστήρια ἐπιστάμενος, ὥσπερ καὶ ὅταν λέγῃ, Ἐπιγραφὴ εἰς τὸ ἀκκά:- [καὶ τί οἶδας τί τὸ ἀκκά;] καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα παντελῶς δύσφραστα καὶ ἀνόητα, καὶ τὰς ἀκοὰς κατακτυποῦντα τῶν μαθητευομένων αὐτῷ:-

Ἔπι ἐξόμνυται Μωάμεθ κατά τε ἡλίου καὶ σελήνης, καὶ τῶν ἄστρων, καὶ λαμπυρίδων ζώων, καὶ κυνῶν δρομικῶν, καὶ φυτῶν, καὶ ἑτέρων ἀγνώστων καὶ βαρβαρικῶν ὀνομάτων, ὡς οἶμαι, δαιμόνων τινῶν ἀλιτηρίων καὶ παλαμναίων. ταῦτα δὲ ποιούμενος ὅρκον, δῆλος ἐστὶ θεοὺς αὐτὰ νομίζων· ὁ γὰρ ὀμνύων, κατὰ τοῦ μείζονος εἴωθεν ὀμνύειν. διὸ καὶ ὁ θεὸς, μὴ ἔχων κατὰ μείζονος ὀμνύειν, καθ' ἑαυτοῦ ὤμοσεν, ὡς ἐδίδαξεν ἡ γραφή. ὅρκον δὲ νοοῦμεν ἐπὶ θεοῦ, τὴν διά τινος παραλαμβανομένου βεβαίωσιν τῆς ἐπαγγελίας:-

Ναὸν λέγει παρά τε Ισμαὴλ καὶ Ἀβραὰμ τῷ θεῷ

ἀνοικο-

fulgorem & noctes decem: per iuncturam & ſeiuncturam, per noctem cum expanſa fuerit. Et rurſus in alio; *Na per ficus & oleas montis Sina, & per hanc regionem.* Et in alio; *Na per currentem in latratu, & per monſtrantes ignis iacula; per eam quæ incidit in fulgorem, & per eos qui turbant aquam ſtagnantem.* Et alibi, *Na per Alezer.* Harum vero formularum iurandi, alias quidem ſui Dei eſſe ait: aliis vero ipſe vtitur; volens in his quoque barbaros conſternare, atque oſtendere ſe multiplicem diſciplinam ac profunda myſteria callere: vt & cum dicit; *Inſcriptio in Acca*; & quid ſcis quid ſit Acca? aliaque permulta eiuſmodi, quæ & prolatu ſunt difficilia, & intelligi prorſus nequeunt, aures nempe ſuorum diſcipulorum percellentia. Iurat præterea Moameth per Solem, Lunam, aſtra, igneum ſplendorem, animalia, canes curſores, plantas, aliaque incognita & barbara vocabula (vt ego exiſtimo) dæmonum noxiorum & ſceleſtorum.

Hæc porro cum ille in ſuis iurandi formulis adhibeat, perſpicue oſtendit quod iſta pro Diis colat: qui enim iurat, per maiorem iurare ſolet. Itaque & Deus, cum non poſſet per maiorem iurare, per ſeipſum iurauit, quemadmodum Scriptura docuit. Iuſiurandum autem in Deo intelligimus, promiſſi ſui per aliquod aſſumptum confirmationem.

11. Tēplū etiā tradit & ab Iſmaele & Abrahamo ædifi-

ædificatum eſſe Deo: quod quidem neq; exſtitit vnquam, neq; a Scriptura memoratur. nam ſi lapidem vnctum, vt Deo ſtatua erigeretur vncta, diuinus Moſes non reticuit: quomodo templum integrum ſilentio præteriuiſſet?

12. Conſtituit vt ſui orarent conuerſi ad auſtrum; ſcilicet vt etiam hac in re ab illis diſtinguerentur, qui ad Orientem Solem conuerſi precantur.

Iubet præterea eos qui ſe ad preces conferunt, prius ſeſe purgare; aqua quidem, ſi adſit: ſin minus, humo foſſitia. Atqui hæc magis fœdat, non purgat. Deinde quidnam confert nuda illa per aquam purgatio? Siquidem animi omni impuritate ſcatent.

Dicit iterum, tamquam ex perſona Dei: *Nos dedimus tibi ſcarabeum: tu ergo funde preces ad Dominum tuum, & macta.* O admirandum ſacrificium & magnificum, talique legislatore dignum!

13. Quæ a XVIII Moamethi fabella vsque ad XXXVI interiecta ſunt, omnia prætermiſimus, tamquam plena omnibus nugis, & monſtroſis figmentis, quæque adeo a ſeipſis euertuntur, & refutantur; illa nempe quæcumq; ex veteri pariter & nouo teſtaméto accepit & corrupit. Dicit enim Mariam ſororem Moſis & Aaronis, iuxta palmam peperiſſe Chriſtum: & cum deſponderet animum ob dolores partus, Chriſtum ex vtero ipſam allocutum eſſe, iuſſiſſeque palmam concutere, & comedere de fructibus eius. Dauidemq; vero & Solomoně cum dæmonibus

&

ἀνοικοδομηθῆναι:- τὸν οὔτε γινόμενον πώποτε, οὔτε παρὰ τῇ γραφῇ μνημονευόμενον. εἰ γὰρ ἀλοιφὴν λίθου μόνον εἰς στήλην [τῷ] θεῷ κεχρισμένου, οὐ παρεῖδεν ὁ θεῖος Μωϋσῆς, πῶς ναὸν ὅλον ἀπεσιώπησεν ἄν;

Ἐνομοθέτησεν εὔχεσθαι πρὸς νότον ἀπεστραμμένους· ἵνα κἂν τούτῳ διακρίνωνται ἀπὸ τῶν στρεφομένων πρὸς τὴν τοῦ ἡλίου ἀνατολήν·-

Κελεύει τοὺς εἰς εὐχὴν ἐρχομένους, καθαρίζειν ἑαυτούς· ὕδατι μὲν, εἰ πάρεστιν· εἰ δὲ ἄπεστι, χώματι:- τοῦτο δὲ, ῥυποῖ μᾶλλον, οὐχὶ καθαίρει. τί δὲ καὶ συντελέσει ἡ διὰ τοῦ ὕδατος ψιλὴ κάθαρσις, εἴπερ αἱ ψυχαὶ τούτων, ἀκαθαρσίας εἰσὶ μεσταί;

Λέγει πάλιν, ὡς ἐκ θεοῦ, Ἡμεῖς δεδώκαμέν σοι τὸν κάνθαρον· καὶ εὖξαι πρὸς τὸν κύριόν σου καὶ σφάζον:- ὢ θαυμαστὴ θυσία καὶ μεγαλοπρεπὴς, καὶ τοῦ νομοθετήσαντος ἐπαξία.-

Τὰ ἀπὸ τοῦ ιη´ μυθαρίου Μωάμεθ, μέχρι τοῦ λϛ´, [πάντα] παρήκαμεν, ὡς μεστὰ πάσης τερθρείας καὶ τερατολογίας, καὶ αὐτόθεν ἀνατρεπόμενα, ὅσα ἀπό τι τῆς παλαιᾶς, ἀπό τι τῆς νέας ἔλαβε καὶ παρέφθειρε. λέγει γὰρ τὴν τοῦ Μωσέως καὶ Ἀαρὼν ἀδελφὴν Μαρίαν, παρὰ φοίνικι τίκτειν τὸν Χριστὸν, ἀπολεγομένην τὴν ἑαυτῆς ψυχὴν διὰ τὰς ὠδῖνας· καὶ τὸν Χριστὸν ἀπὸ τῆς γαστρὸς αὐτῆς προσφθέγξασθαι, καὶ κελεῦσαι σεῖσαι τὸν φοίνικα, καὶ φαγεῖν ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτοῦ. τὸν δὲ Δαβὶδ καὶ τὸν Σολομῶντα δαίμοσι

καὶ

Digitized by Google

καὶ ὀρνέοις πρὸς διαλέγεσθαι, δαίμονάς τι συνεργοῦντας τῷ Σολομῶντι παρεῖναι, καὶ γοιώδας τινάς· καὶ τῶν ἀνέμων ἄρχειν αὐτὸν, καὶ τῶν μυρμήκων κατανοῆσαι τὰ μυστήρια· καὶ ἄγριον τινὰ ἀλεκτρυόνα, εἶναι τούτοις διδάσκαλον. καὶ τὸν θώρακα δὲ τὸν σιδηροῦν παρὰ τοῦ Δαβὶδ λέγει πρῶτον ἐπινοηθῆναι.

Ἑαυτὸν δὲ κριτὴν μετὰ τοῦ θεοῦ φημίζει κρινοῦντα τὴν οἰκουμένην· καὶ ἕτερα τούτων ἀλογώτερα καὶ δαιμονιωδέστερα καταφλυαρεῖ:-

Τὸν ἥλιον φησὶν εἰς θερμὸν ὕδωρ καταβαπτίζεσθαι πρὸς τῷ τέλει τῆς ἑσπέρας. καὶ λουόμενον, ἀνιέναι πρὸς ὄρθρον καὶ ἀνατέλλειν:- ἀλλ' εἰ πῦρ μὲν ὁ ἥλιος· ἀλλήλων δὲ φθαρτικὰ τὸ πῦρ καὶ τὸ ὕδωρ· πῶς οὐκ ἀναλίσκει θάτερον τὸ ἕτερον; τίς δὲ καὶ ἡ χρεία [τοῦ] τοιούτου λουτροῦ; καθαρώτατος γὰρ ὁ ἥλιος, καὶ αὐτοῦ τοῦ ὕδατος πολλῷ καθαρώτερος:-

Τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην ἐφ' ἵπποις εἶναι φησίν. ἀλλὰ πῶς, ἄψυχα ταῦτα ὄντα, ἱππεύειν δύνανται; πῶς δὲ καὶ οἱ ἵπποι, ὄχημα πυρὸς εἶναι ὑποστήσονται; γήϊνος γὰρ ἕκαστος ἵππος, καὶ δαπάνη πυρός. οἱ δὲ κατὰ τὸν Ἠλίαν ἔμπυροι ἵπποι, οὐ φύσιν εἶχον ἵππων, ἀλλὰ σχῆμα μόνον, ἄγγελοι θεοῦ τυγχάνοντες:-

Ἐκ βδέλλης, ἄνθρωπον γίνεσθαι λέγει:- ἀλλὰ πῶς ἐκ τοῦ ἀτιμοτάτου τὸ τιμιώτατον, καὶ ἐκ τοῦ ἀλόγου τὸ λογικὸν, καὶ ἐκ τοῦ φευκτοῦ τὸ εὐκτόν;-

Ἐκ

& auibus collocutum ſcribit:& dæmonas Solomoni adminiſtros fuiſſe, item & gundas quasdam: eundemque imperium in ventos habuiſſe: & formicarum perſpexiſſe myſteria; & ſylueſtrem quendam gallinaceum ipſis doctorem fuiſſe: ſed & ferreum thoracem primum a Dauide excogitatum eſſe.

Seipſum verò iudicem cum Deo prædicat, qui iudicaturus ſit orbem: aliaque iſtis abſurdiora & magis diabolica deblaterat.

Solem tradit in aquam calidam ad fines occaſus immergi; & lotum circa diluculum aſcendere atque exoriri:- Atqui ſi Sol quidem ignis eſt; ignis autem & aqua ſe inuicem mutuo conficiunt: qui fit vt alterum non conſumat alterum? Deinde, quid opus eſt Soli hoc lauacro? Sol enim puriſſimus eſt, ipſaque adeo aqua multo purior.

14. Solem & Lunam in equis incedere tradit. Sed quomodo hæc, cum ſint inanima, equitare poſſunt? quomodo equi ignis vehiculum eſſe ſuſtinebunt? Equus enim terreſtris eſt, & igni deflagrare poteſt. Eliæ vero illi ignei equi, figuram equorum præferebant, cum reuera Angeli Dei eſſent.

15. Ex hirudine ſiue ſanguiſuga, hominem fieri docet. Verum enimuero qua ratione ex abiectiſſimo pretioſiſſimum; ex bruto, ratione præditum; ex eo quod fugiendum & auerſandum eſt, id quod expetitur?

Ex

16. Ex eſu omnium animalium ſolum abominatur porcum; neq; canem, neq; lupum, neque vllum aliud: ſed ceteris omnibus veſci iubet diſcipulos a ſe deceptos. *Comedite*, inquit, *de iis quæ ſunt in terra: pura enim ſunt & bona: neq; ſequimini veſtigia Satanæ.* Satanam ſcilicet appellitans Deum, qui alia quidem munda; alia vero immunda dixit. Sed ſi quidē iſte Satanas eſt, quomodo ipſum in aliis Deum appellas, o vane nugator, tibique ipſi repugnans?

17. De ieiunio dum leges fert, ſic ait: *Nox ieiunii vobis libera conceſſa eſt, vt cum veſtris vxoribus concumbatis. Ipſæ enim ſunt veſtra tegumenta; & vos ipſis eſtis tegumenta. Deus enim perſpectum habuit inſidias vobis fieri in ieiunio, & vobis propitius eſt. Itaque miſceamini cum illis ad conſolationem: & veſperi comedite ac bibite, donec ex atra noctis caligine candida dies illuceſcat; & iterum expleto vsque ad veſperam ieiunio, cum mulieribus rem habete, Oratorium aſſidue frequentantes. Hæc ieiunandi ratio lex Dei eſt.* Quodnam vero ieiunium, o impure; quænam Dei lex, per totam noctem bacchari, & libidini indulgere?

De Continentia atque Modeſtia apud ſuos diſſerens ait: *Mulieres veſtræ habitaculum veſtrum ſunt: Intrate in veſtrū habitaculum, undecunq; vultis, & cū animis veſtris cōgredimini*: id eſt omnē libidinem animi veſtri explete, & vtimini mulieribus

veſtris,

Ἐκ πάντων τῶν ζώων τῆς βρώσεως ἀποπέμπεται μόνον τὸν χοῖρον· οὔτε γὰρ κύνα, οὔτε λύκον, οὔτε τι ἄλλο· ἀλλὰ πάντων μετέχειν προτρέπεται τοὺς ὑπ' αὐτοῦ ἠπατημένους· Φάγετε γάρ φησιν, ἐκ τῶν ὄντων ἐν τῇ γῇ· καθαρὰ γὰρ καὶ καλά· καὶ μὴ ἀκολουθῆτε τοῖς ἴχνεσι τοῦ Σατανᾶ:- Σατανᾶν δηλονότι καλῶν, τὸν τὰ μὲν, καθαρὰ· τὰ δὲ, ἀκάθαρτα προσηγορευκότα θεόν. ἀλλ' εἰ Σατανᾶς οὗτος, πῶς θεὸν αὐτὸν ἐν ἄλλοις ὀνομάζεις, ὦ λῆρε καὶ σεαυτῷ μαχόμενε;

Περὶ νηστείας νομοθετῶν, οὕτω φησίν, ὅτι, Ἔξεστιν ὑμῖν ἡ νὺξ τῆς νηστείας, εἰς μῖξιν τῶν γυναικῶν [ὑμῶν·] αὗται γὰρ ὑμῶν εἰσὶ σκεπάσματα· καὶ ὑμεῖς αὐταῖς [ἐστὲ σκεπάσματα. ἔγνω γὰρ ὁ θεὸς ὅτι παραβουλεύεσθε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐν τῇ νηστείᾳ, καὶ ἵλεως ὑμῖν γίνεται. μίχθητε αὐταῖς εἰς παράκλησιν· καὶ] φάγετε ἑσπέρας καὶ πίετε, ἕως τὸ τῆς νυκτὸς μέλαν φανῇ λευκὸν διὰ τῆς ἡμέρας· καὶ πάλιν πληρώσατε τὴν νηστείαν ἕως τῆς ἑσπέρας, καὶ μίχθητε αὐταῖς, ὑμῶν συχναζόντων ἐν τῷ προσκυνητηρίῳ. αὕτη ἐστὶν ὁ νόμος θεοῦ:- ποία νηστεία, ἀκάθαρτε· ἢ ποῖος νόμος θεοῦ, τὸ δι' ὅλης [τῆς] νυκτὸς εὐάζειν καὶ ἀσελγαίνειν;

Περὶ σωφροσύνης αὐτοῖς διαλεγόμενός φησιν, Αἱ γυναῖκες ὑμῶν, ναετὸς ὑμῶν· εἰσέλθετε εἰς τοὺς ναετοὺς ὑμῶν, ὅθεν βούλεσθε· καὶ συνέλθετε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν:- τουτέστι, πᾶσαν ἐπιθυμίαν τῶν ψυχῶν ὑμῶν πληρώσατε· καὶ χρήσασθε ταῖς γυναιξὶν

ὑμῶν, ἀμφοτέρωθεν. τί τῆς [σῆς] ἀκαθαρσίας ταύτης ἀσελγέστερον καὶ μιαρώτερον;

Οὗτος ἐνομοθέτησε, γυναῖκας μὲν τέσσαρας ἕκαστον [ὑμῶν] λαμβάνειν· παλλακὰς δὲ χιλίας, ἢ ὅσας ἂν τρέφειν δυνηθείη· ὑποκεῖσθαι δὲ ταῖς γυναιξὶ τὰς παλλακάς· καὶ ἣν ἂν ὁ ἀνὴρ βούληται, ἀπολύειν, καὶ ἄλλην ἀντισάγειν:- ὢ τῆς ἀνυπερβλήτου καὶ χοιρώδους ἢ κυνώδους ἀκολασίας:-

Λύσεως μνημονεύσας γυναικὸς ἐξ ἀνδρὸς, φησὶ τάδε· Ἐὰν τις ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, γαμηθήτω αὕτη ἑτέρῳ· καὶ οὕτως, εἰ βούλεται ὁ ἀπολύσας αὐτὴν ἀνὴρ αὐτῆς, ἐπαναστρεψάσθω πρὸς αὐτόν. οὐκ ἐξέσται δὲ αὐτῇ, πρὸ τοῦ γαμηθῆναι ἑτέρῳ, ἐπαναστρέψαι πρὸς αὐτόν:- καλὸς νόμος ὁ μοιχείαν ἐπιτάττων, καὶ καθάρσιον αὐτὴν τῆς ἀπολελυμένης ὁριζόμενος:-

Εἰς τὸν καθ' ἡμῶν πόλεμον ἐγείρων τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, φησί· Φονεύσατε αὐτοὺς ὅπου ἂν συναντήσητε αὐτοῖς:- ἀλλὰ τίνος ἕνεκα τοῦτο κελεύεις ὦ μιαιφόνε; ἵνα πάντως μὴ νουνεχεῖς ὄντες, ἐλέγχωσι τὰ ἀσέβαστά σου καὶ κατάπλυστα δόγματα:-

Διανίστησι καὶ ἐξοπλίζει παντοιοτρόπως τοὺς βαρβάρους πρὸς τὸ [τοῖς] τῶν Χριστιανῶν αἵμασι καταχραίνεσθαι, πιστεύοντας πολλὴν παρὰ θεῷ μισθαποδοσίαν κεῖσθαι τοῖς ὠμῶς κατ' αὐτῶν χωροῦσι. τὴν πέμπτην δὲ μοῖραν τῶν αἰχμαλώτων καὶ τῶν ἄλλων σκύλων ἀνατίθεσθαι τῷ θεῷ, καὶ τῷ προ-

φήτου

veſtris, vtrimque. Quid hac tua impuritate ſpurcius & abominabilius?

18. Hic legem tulit vt quisque veſtrum quatuor vxores ducere queat; pellices vero mille, aut quotquot aliquis alere poſſit. Verum vxoribus ſubiectas eſſe vult pellices: permittitque repudiare quam maritus velit, & aliam pro ea ducere:- O incomparabilem, porcinamque aut caninam intemperantiam!

Cum diuortii meminit inter virum & vxorem, hæc conſtituit: *Si quis vxorem ſuam repudiauerit, ipſa nubat alii: atque ita, ſi velit qui eam dimiſit maritus eius, ad ipſum reuertatur. Reuerti vero ad ipſum, antequam alii nupſerit, non licebit.* Præclara vero lex, quæ adulterium ſancit, idemque repudii remedium & quaſi purgamentum definit.

19. Cum vero ſuos diſcipulos in bellum aduerſus nos incitat, ait: *Occidite ipſos, vbicumque in ipſos incideritis.* Sed cuius rei cauſa hoc ipſum iubes, o ſanguinarie? Vt omnes, etiam amentes atque imprudentes, impia tua & ſpurca placita coarguant.

20. Excitat autem multis modis & armat barbaros, vt Chriſtianorum ſanguine abutantur: dum illis perſuaſum eſſe vult, magnam & copioſam mercedem apud Deum repoſitam eſſe iis qui crudeliter in ipſos graſſentur. Iubet etiam quintam partem captiuorum & aliorum ſpoliorum dedicari DEO, & Prophetæ Apo-

ſtoloque eius Moametho. Neque enim æquum erat lucri non eſſe cum illis participem eum qui ipſis internecionis & cædium fuiſſet auctor: ſed par erat, ex ſanguinario populo, ſanguinario Prophetæ ſanguinarias primitias decerni.

Sed tamen rogantibus Chriſtianis iubet reconciliari:- Papæ inhumanam humanitatem; ſi quidem reconciliati cum ipſis, & ſeparati, audebunt priuari hac poteſtate; ne ſcilicet bellum contra ipſos ſuſcipiant, & ipſos interficiant: ſin vero eandem cum ipſis ſectam profiteantur, in fratrum numero habebuntur.

Non adigetis ipſos, ait, *ad fidem. Nam ex lubrico & periculoſo, quod gratum acceptumque eſt, planum factum eſt.* id eſt, apparuit veſtram fidem Deo ingratam; aliis religionibus improbatis, tamquam periculoſis:- Euge, magna ſane humanitas, quod interficere Chriſtianos mandaſti: adigere interim ad fidem non iuſſiſti; ſed occidere mandaſti; non ob alienam fidem; ſed ob inſitam ſæuiciem atque inhumanitatem, & ne ſuperſtites, coarguant tuam inſaniam atq; impietatem, vti prædictum eſt.

Admonet ſuos dicens; *Ne ſitis ſocii neq; Iudæorum, neq; Chriſtianorum. Nam quicunq; ipſos defendit, ex ipſis eſt.* Eſto ſane; Chriſtianos Omnipotentem ſanctamque Trinitatem colentes odio proſequeris: in Iudæos vero, qui profitentur ſeſe

Abra-

φήτῃ καὶ ἀποστόλῳ αὐτοῦ Μωάμεθ· οὐ γὰρ ἔδει μὴ καὶ τοῦ κέρδους αὐτοῖς κοινωνῆσαι, τὸν τῆς ἀπωλείας αὐτοῖς αἴτιον. [ἐχρῆν δὲ ἐκ μιαιφόνου λαοῦ, μιαιφόνῳ προφήτῃ μιαιφόνους εἶναι τὰς προσενέξεις.]

Καὶ καταλλάττεσθαι δὲ κελεύει, παρακαλουώτων Χριστιανῶν:- βαβαὶ τῆς ἀπανθρώπου φιλανθρωπίας. εἰ μὲν καταλλαγέντες, καὶ καθ' ἑαυτοὺς γενόμενοι, τολμήσουσι τῆς αὐτῆς ἐξουσίας ἀποδιαιρεθῆναι, πόλεμον κατ' αὐτῶν συγκροτεῖν, καὶ ἀποσφάττειν αὐτούς· εἰ δὲ τὴν αὐτὴν ἐπανέλοιντο θρησκείαν, εἰς ἀδελφοὺς αὐτοὺς παραδέχεσθαι:-

Οὐ καταναγκάσετε, φησὶν, εἰς πίστιν [αὐτούς.] ἐφανερώθη γὰρ τὸ εὐπρόσδεκτον ἐκ τοῦ σφαλεροῦ:- τουτέστιν, ἐφάνη ἡ καθ' ὑμᾶς πίστις εὐπρόσδεκτος τῷ θεῷ, τῶν ἄλλων πίστεων ἀποδοκιμασθεισῶν, οἷα σφαλερῶν:- εὖγε τῆς φιλανθρωπίας· ὅτι σφάζειν τοὺς Χριστιανοὺς ἐπιτάξας, μὴ ἀναγκάζειν τέως εἰς τὴν πίστιν ἐκέλευσε· φονεύειν ἐπιτάξας, οὐ δι' ἀλλοτριότητα πίστεως, ἀλλὰ δι' οἰκείαν ἀπήνειαν καὶ ἀπανθρωπίαν, καὶ ἵνα μὴ ζῶντες ἐλέγχωσι τὴν αὐτῶν [ἀπόνοιαν καὶ] ἀσέβειαν, ὡς προείρηται:-

Παραινεῖ τοῖς ἰδίοις λέγων· Μὴ γίνεσθε ἀντιλήπτορες Ἰουδαίων [τε] καὶ Χριστιανῶν. ὅστις γὰρ ὑπερασπίζεται αὐτῶν ἐξ ὑμῶν, ὁ τοιοῦτος ἐξ αὐτῶν ὑπάρχει:- ἔσω· Χριστιανοὺς μὲν, τοὺς τὴν παντουργὸν καὶ ἁγίαν τριάδα σέβοντας, μισεῖς, καὶ τοιαῦτα ὑπομένειν κελεύεις· Ἰουδαίοις δὲ, τοῖς ἐπαγγελλομένοις τὸν

τοῦ Ἀβραὰμ ἀποσώζειν πίστιν, διὰ τί ταῦτα παραξενεῖς; ἀλλ' οὐκ ἔξω καὶ τοῦτο τῆς σῆς κακοφροσύνης. οἶδας γὰρ ὅτι ὁ νόμος τὴν [τοῦ] Χριστοῦ θεότητα δείκνυσι. [καὶ] διὰ τοῦτο ἀμφοτέρους ἐχθραίνειν κελεύεις, Χριστομάχος, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, θεομάχος ὤν.

Εἶθ' οὕτως, ταλανίζει Χριστιανούς τε καὶ Ἰουδαίους, λέγων· Οὐδὲν ὑμῖν οἰκεῖον γραφῶν, οὐδὲν ὑμῖν ἔσται, ἕως ἂν ἐξακολουθῆτε τῷ νόμῳ καὶ τῷ εὐαγγελίῳ· ὄφελον δηλονότι:- καὶ μὴν, ἀνωτέρω μικρὸν, ἀληθοποιηθῆναι μὲν παρὰ Χριστοῦ τὸν νόμον εἴρηκας· δοθῆναι δὲ διὰ τοῦ εὐαγγελίου ὁδήγησιν καὶ φῶς καὶ δικαιοσύνην. ἀλλ' οὕτως ἑαυτῷ περιπίπτει τὰ πολλὰ τὸ ψεῦδος, ἵνα φανερωτέρως ἐλεγχθείη:-

Περιτέμνειν δὲ τοὺς ἄῤῥενας καὶ τὰς θηλείας νομοθετήσας, ἀπηγόρευσεν αὐτοῖς καὶ τὸν οἶνον:- τὸ μὲν οὖν περιτέμνειν τοὺς ἄῤῥενας, Ἑβραϊκόν· τὸ δὲ καὶ τὰς θηλείας, τῆς τοῦ Μωάμεθ ἀναισχυντίας ἴδιον, ἐπὶ διορθώσει δῆθεν τῆς νομικῆς περιτομῆς· ἡ δὲ ἀποχὴ τοῦ οἴνου, ἵνα μὴ μεθυσκόμενοι, τοῖς ἐχθροῖς [αὐτῶν] εὐάλωτοι γίγνωνται, καὶ μάλιστα τοῖς Χριστιανοῖς:-

Ἐμυθολόγησε, κάμηλόν τινα γενέσθαι, δυναμένην πίνειν ὅλον τὸν παραῤῥέοντα ποταμόν· εἶναι δὲ ταύτην παμμεγέθη, καὶ μὴ χωρουμένην μεταξὺ δύο τῶν μεγίστων ὀρέων. λαὸς οὖν (φησὶν) ἦν ἐν τῷ τόπῳ· καὶ τὴν μὲν μίαν ἡμέραν, αὐτὸς ἔπινε τὸ ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ· τὴν δὲ ἑτέραν, ἡ κάμηλος. πίνουσα δὲ τὸ ὕδωρ [τοῦ ποταμοῦ,] ἐπότιζεν αὐτοὺς, τὸ ἑαυτῆς γάλα παρε-

χομένη

Abrahami fidem conſeruare, cur hoc moliris? Sed nihil alienum a tua malitia. Noſti enim quod Lex diuinitatem Chriſti declaret: idcirco vtrosque odio habere præcipis, tu qui Chriſti, imo (vt potius dicam) Dei hoſtis es. Deinde ſic inter ſe æquat Iudæos & Chriſtianos, cum ait: *Nihil vobis propriu negotii, neque etiam vobis erit: donec Legem & Euangelium amplexi fueritis.* vtinam vero ſcilicet. Atqui paulo ante, Legem a Chriſto impletam fuiſſe dixiſti; Euangeliumque promulgatum eſſe viam & lucem & iuſtitiam. Sed reuera mendacium ſeipſum iugulat, vt euidenter coarguatur.

De circumciſione & marium & fœminarum legem tulit: interdixit illis etiam vino. Et mares quidem circumcidere, Hebraicum: fœminas vero, impudentiæ Moamethicæ proprium; ſcilicet vt circumciſionem in lege præſcriptam hoc pacto corrigeret. Abſtinentia a vino, hoc vult, ne ebrii facti, facile ab hoſtibus in poteſtatem redigerentur, & maxime a Chriſtianis.

Fabulatus eſt fuiſſe Camelum quendam qui potuerit integros fluuios præterfluentes epotare: fuiſſe autem illum permagnum, & qui inter duos montes maximos non caperetur. Et in eo (inquit) loco populus erat; & altero quidem die, ipſe aquam fluuii bibebat: altero vero, Camelus. isque, cum bibiſſet aquam, populo illi potum præbebat lac ſuum,

pro aqua. Hic itaque populus, cum eſſet malus, inſurrexit, & camelum interfecit. Erat autem huius pullus exiguus camelus; qui interfecta matre, ad Deum clamauit, & aſſumpſit eundem ad ſeipſum. Interrogemus igitur diſcipulos huius fabulatoris; Vtrum ex coniunctione paruus camelus natus ſit, an abſque coitu. [Et dicunt, *Abſque coitu.* Et nos rurſum, *Et quomodo abſque coitu?*] Et reſpondent, ſe ignorare. Et nos iterum; *Quomodo vero Deus ad ſeipſum paruum illum camelum aſſumpſit, & vbi paſcitur? & quo pacto Propheta veſter non explicauit eius ortum, cum nulla plane anteceſſerit coniunctio? & vbi paſcitur? Et vtrum viuit in cælo; an vero poſteaquam aſſumptus eſt, obiit; aut vos in paradiſum præcurrit?* Iſti vero cum non habeant quod reſpondeant, conticeſcunt.

21. Seipſum ait claues paradiſi accepiſſe: & circa diem vniuerſalis iudicii, poſtquam Moſes cum Hebræis, ob legis transgreſſiones, condemnatus fuerit; & poſt ſententiam de Chriſtianis latam, quam illi ferent quia Chriſtum & *Dei filium* & *Deum* appellant: apertum iri paradiſum ab ipſo: & ſimul cum ipſo intraturas chiliadas ſeptuaginta, ex eorum numero qui doctrinam ipſius amplexi fuerint: reliquos vero ſuos diſcipulos iudicatum iri dictitat: & quidem melio-

Digitized by Google

χομένη αἰτὶ [τοῦ] ὕδατος. ἀνέστησαν οὖν ἐκεῖνοι, πονηροὶ ὄντες· καὶ ἀπέκτειναν τὴν κάμηλον. ἦν δὲ ταύτης γέννημα, μικρὰ κάμηλος· ἥτις, ἀναιρεθείσης τῆς μητρὸς, ἐβόησε πρὸς τὸν θεόν· καὶ ἔλαβεν αὐτὴν πρὸς ἑαυτόν:- ἐρωτῶμεν οὖν τοὺς τοῦ μυθολογήσαντος [ταῦτα] μαθητὰς, πότερον ἐκ συνδυασμοῦ γεγέννηται ἡ μικρὰ κάμηλος, ἢ δίχα συνουσίας; [καὶ λέγουσι, Δίχα συνουσίας:- καὶ πάλιν ἡμεῖς, Καὶ πῶς δίχα συνουσίας;] καὶ λέγουσιν ἀγνοεῖν. καὶ αὖθις ἡμεῖς, Πῶς πρὸς ἑαυτὸν ὁ θεὸς τὴν μικρὰν κάμηλον ἀνελάβετο, καὶ ποῦ βόσκεται; πῶς δὲ καὶ ὁ προφήτης ὑμῶν οὐκ ἐδίδαξε τὰ περὶ τῆς ἀσυνδυάστου γέννης αὐτῆς, καὶ ποῦ νέμεται; καὶ εἰ ζῇ ἐν [τῷ] οὐρανῷ, ἢ μετὰ τὴν ἀνάληψιν τετελεύτηκεν; ἢ πρόδρομος ὑμῶν εἰσῆλθεν εἰς τὸν παράδεισον; καὶ μηδὲν ἔχοντες εἰπεῖν, μένουσι σιγῶντες:-

Ἑαυτὸν λέγει, τὰς κλεῖς τοῦ παραδείσου λαβεῖν· καὶ κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς παγκοσμίου κρίσεως, μετὰ τὸ καταδικασθῆναι Μωσέα μετὰ τῶν Ἑβραίων ἁπάντων, διὰ τὴν τοῦ νόμου παράβασιν· καὶ μετὰ τὴν [κατὰ] τῶν Χριστιανῶν ψῆφον, ἣν ὑποστήσονται προσαγορεύοντες τὸν Χριστὸν υἱὸν Θεοῦ καὶ θεόν· ἀνοιγῆναι μὲν τὸν παράδεισον ὑπ' αὐτοῦ· συνεισελθεῖν δὲ αὐτῷ χιλιάδας ἑβδομήκοντα, ἀπὸ τῶν παραδεξαμένων τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ· τοὺς δὲ λοιποὺς τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, κριθήσεσθαι φάσκει· καὶ τοὺς μὲν

melioresipſorum, citra omnem controuerſiam & ipſos paradiſo potituros: peiores vero & peccatores, chartulam de collo pendentem ferentes, & ipſos in paradiſum intromiſſum iri, appellarique iſtos *libertos Dei & Prophetæ Moamethi.*

22. Paradiſum quidem quatuor flumina habere tradit, ex aqua pura, lacte puro, & dulci vino, melleque defecato. Item concumbere ipſos cum mulieribus in paradiſo: eſſeque congreſſum ipſorum iucundiſſimum omnino & ſufficientem, & qui numquam diffluat. Hebræos vero & Chriſtianos, ligna ſempiterni ignis appellari: Samaritanos autem deſtinatos eſſe vt ſtercus efferant eorum qui in paradiſo agunt, vt quidem deferueſcat Paradiſus. Hæc quidem omnia, & ridicula vndequaque & aliena ab omni Chriſtianorum doctrina; itemq; fabellæ, & abſurda minime conſiſtentia: non egent vlla refutatione, vt quæ a ſeipſis redarguantur & conuincantur.

23. Et vt intercluderet omnibus viam inueſtigandi ſua placita, vtrum ſcilicet vera ſint, an falſa: mandat, hoc quidem tempore, tamquam diuinitus inſpirata, ſua amplecti omnia: inueſtigationem vero illorum & probationem, ad diem vsq; extremũ iudicii vniuerſalis, reſeruandam. Tunc enim quod probum ſincerumq; ſit planum fore. Ne vero quisquã dicat, *Poſtula a Deo ſignum aliquod ad confirmationẽ tuorũ placitorum:* ſimu-

Digitized by Google

ſimulat petitionẽ,& ad Deũ ait; *Poſtulant a te domeſtici et vernaculi diſcipuli ſcriptura,* (id eſt, qui ſcripturam illam diuinitus miſſam amplectuntur) *vt demittas ad eos ſcripturam e cælis,* ſcilicet ſcripturam ſecundam, quæ certos eos reddat, placita a me propoſita & conſtituta, eſſe vera & tibi grata. Poſtea de Hebræis proponit: quod illi maius quippiam a Moſe petierint, dicentes, *Oſtende nobis Deum manifeſto*: & quod comprehenderit ipſos Deus ob iniuſtitiam ſuam, id eſt, ſuſtulerit e medio, ob hanc abſurdam & ineptam petitionem ipſorum. Hæc quidem ille addidit, vt terreret diſcipulos ſuos, & prohiberet (vti declaratum eſt) inquirere demonſtrationes veritatis; ne ſcilicet ſimilia ipſis acciderent. Iudæi tamen magis deprecati ſunt, ne Deus loqueretur ad ipſos: & gloriam Dei, quæ ipſis in monte Sina apparuerat, horribilem exiſtimarunt & intolerabilem: falſumque eſt exemplum Hebræorum, qui eo modo perierint.

Præterea conatur conciliare ſibi veritatis ſtudium, & fide dignam auctoritatem placitis ſuis aſtruere; dum in medium adducit perſonas quaſdam difficiles cognitu, quæ ante Noe ad prædicandum venerint: & in quibus quidem ipſis fides habita fuerit, benedictionem magnam aſſecutos eſſe homines: in quibus vero fides derogata ſit, maledictionẽ ſummam ſenſiſſe. Poſt Noe vero introducit Tzaled quendam Prophetam, fratrem Thamodi; qui neque vmquam fuit, neque ab vllo alio nominatus eſt. item & Saipum, ſimi-

ται τὴν αἴτησιν, καὶ φησὶ πρὸς τὸν θεόν· Αἰτοῦσί σε οἱ οἰκεῖοι τῆς γραφῆς (τουτέστιν, οἱ τὴν θεόπεμπτόν σου γραφὴν δεξάμενοι) τοῦ κατενέγκαι ἐπάνω αὐτῶν γραφὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ:- γραφὴν δευτέραν δηλονότι, πληροφοροῦσαν περὶ τῶν παρ' αὐτοῦ δογματιζομένων ὅτι ἀληθῆ καὶ διάρεστα. εἶτα προσεκτίθησι περὶ τῶν Ἑβραίων, ὅτι ᾐτήσαντο τὸν Μωϋσῆν, μείζονα τούτου, καὶ εἶπον, Δεῖξον ἡμῖν τὸν θεὸν φανερῶς:- καὶ ἔλαβεν αὐτοὺς τὸ θεῖον διὰ τῆς ἀδικίας αὐτῶν:- τουτέστιν, ἀνεῖλεν αὐτοὺς διὰ τὴν παράλογον ταύτην αἴτησιν αὐτῶν. ταῦτα δὲ προσέθηκεν, ἐκφοβῶν τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, καὶ κωλύων (ὡς δεδήλωται) ζητεῖν αὐτοὺς ἀποδείξεις τῆς ἀληθείας, ἵνα μὴ τὰ ὅμοια πάθωσι. καίτοι παρῃτήσαντο μᾶλλον οἱ Ἰουδαῖοι τὸ λαλεῖν πρὸς αὐτοὺς τὸν θεόν· καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ ὄρους ὀφθεῖσαν τοῦ θεοῦ δόξαν, φορτικὴν ἡγήσαντο καὶ ἀνυπόστατον· καὶ ψευδὲς αὐτῷ τὸ παράδειγμα τῶν οὕτως ἀποθανόντων Ἑβραίων.

Ἔτι περιποιούμενος ἑαυτῷ ἀλήθειαν καὶ ἀξιοπιστίαν ἐπὶ τοῖς δογματιζομένοις, εἰσάγει πρόσωπά [τινα] πᾶσιν ἀδιάγνωστα, εἰς κήρυγμα πρὸ τοῦ Νῶε ἐλθόντα· καὶ ἐν οἷς μὲν ἐπιστεύθησαν, θείαν εὐλογίαν προεξενηκότα· ἐν οἷς δὲ ἠπιστήθησαν, κατάραν μεγίστην. μετὰ μέντοι τὸν Νῶε ἐπεισάγει Τζάλεδ τινὰ προφήτην, ἀδελφὸν Θαμὼδ, τὸν οὔτε γεγονότα, οὔτε παρ' ἄλλου ὀνομασθέντα. ἔτι δὲ καὶ Σάϊπον,

ὁμοίως

ὁμοίως ἄγνωστον καὶ τῷ Μωϋσῇ, καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἱστορικοῖς: οὓς λέγει κηρύξαντας, παρ' οἷς μὲν ἐπιστεύθησαν, τὸν θεὸν αὐτοῖς εὐμενῆ παρεσχηκέναι· παρ' οἷς δὲ ἠπιστήθησαν, καταστροφὴν αὐτοῖς γενέσθαι.

Εἶτα προστίθησι περὶ ἑαυτοῦ τοιάδε· Οὐαὶ ἄνθρωποι· ἐγὼ ἀπόστολος εἰμὶ τοῦ θεοῦ:- ἔδειξας, ἀφ' ὧν δογματίζεις, ὦ πλάνε, ποίου θεοῦ ὑπάρχεις ἀπόστολος, ὅτι τοῦ ψευδωνύμου, φημὶ δὴ τοῦ Σατανᾶ. τούτῳ μὲν γὰρ φίλα διδάσκεις, ἐχθρὰ δὲ τῷ ἀληθεῖ καὶ μεγάλῳ θεῷ:-

Λέγει πάλιν, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ, περὶ ἑαυτοῦ· Απεστείλαμέν σε πρὸς ἔθνος, τοῦ τυγχάνειν ἐπάνω αὐτῶν, τὰ δηλοποιηθέντα πρὸς σέ:- τουτέστι, τοῦ ὑποκεῖσθαι αὐτοὺς τοῖς δηλοποιηθεῖσι δόγμασι. καὶ τοῦτο δὲ εἴρηκεν, ἀξιόπιστον ἑαυτὸν ποιῶν, ὡς εἴωθε πολλάκις ποιεῖν. καὶ αὖθις προστίθησι· Λέγουσιν οἱ ἀρνούμενοι οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος:- ἀρκεσθῇ μοι ὁ θεός· [οὗτος μάρτυς μεταξὺ ἐμοῦ καὶ ὑμῶν:- τὸ δὲ, Αρκεσθῇ μοι ὁ θεός:-] ἀντὶ τοῦ, ἀρκέσει μοι εἰς μαρτυρίαν ὁ θεός· ὅς ἐστι μάρτυς, ἐμοῦ μὲν, ὅτι εἰμὶ ἀπόστολος αὐτοῦ· ὑμῶν δὲ, ὅτι ἀπιστεῖτέ μοι. θεὸν μὲν οὖν προβάλλεται μάρτυρα τῆς ἀποστολῆς αὐτοῦ, οὐδὲν δὲ Θεοῦ ἄξιον ἐπιφέρεται· ναὶ μὴν, οὔτε ἀποστόλου σύμβολον, οὐ θαυματουργίαν, οὐ προφητείαν ἀληθινὴν, οὐ βίον ἐξησκημένον, οὐδὲ ἁπλῶς γνῶσιν· ἀλλ' ἀναποδείκτως, Θεός μοι μάρτυς, φησίν:-

Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ λόγῳ, τάδε διέξεισιν, ὅτι,

Πάν-

ſimiliter ignotum & Moſi, & omnibus aliis hiſtoricis. Atque hos quidem oẽs prædicaſſe dicit: eosdemq; illis qui fidem ipſis habuerint, Deum propitium præbuiſſe: vbi vero fides illis penitus habita non fuit, eas gentes fuiſſe euerſas.

25. Deinceps de ſeipſo addit talia: *Væ homines, ego ſum Dei Apoſtolus.* Ex placitis tuis planum fit, cuius Dei, o impoſtor, ſis Apoſtolus; falſo, inquã, ſic appellati; nempe Satanæ. huic enim grata & amica doces; at inimica vero & magno Deo.

Rurſum velut ex perſona Dei dicit: *Miſimus te ad gentẽ, vt ea quæ tibi reuelata & pateſacta ſunt, eidem præſint et imperent.* id eſt, vt illa ſubiecta ſit iis q̃ tibi reuelata ſunt, placitis. Atq; hoc quidẽ ideo dixit, vt auctoritatem & fidem ſibi compararet; quemadmodum ſæpenumero conſueuit facere. Et iterum addit: *Qui religionem noſtram improbant, aiunt me non eſſe Apoſtolum: Deus mihi ſufficiat. hic inter me & vos teſtis.* Quod autem dicit, *Sufficiat mihi Deus*, idem eſt ac ſi dixiſſet, Sufficiet mihi Deus in teſtimonium; qui teſtis eſt mihi quidem, quod ſim Apoſtolus; vobis vero, quod mihi fidem non habetis. Sic Deum ille obteſtatur velut teſtem ſui Apoſtolatus: nec tamen quicquam Deo dignum adfert: qui nullam quoque Apoſtoli teſſeram ſiue ſymbolum, neque miraculum, neq; prophetiam veram, neq; vitam exercitationibus ſanctis excultam, neq; aliam (vt ſimpliciter dicam) cognitionem profert: ſed abſq; omni probatione & demonſtratione, *Deus mihi teſtis eſt*, inquit.

26. Et iterum in alio ſermone hæc narrat: *Omni-*

Omnino mihi obiicient, me a Dæmone exagitatum diſtitare Deum hæc mihi tradidiſſe. Si enim hæc eſſent vera, angelus aliquis hæc mihi annunciaſſet. Exponit etiam cauſas, cur nullus angelorum deſcendat; & ait, *eſſe aliquos per quos hoc ipſum impediatur: & quod angelis deſcendentibus vniuerſum hoc conſummatum eſt; & quæ tum gratia hominibus fuerit?* Atqui hæc oratio, fucus & prætextus eſt perplexi animi tui, & inſcitiæ atq; imbecillitatis tuæ. Sæpenumero enim Angeli in terram deſcenderunt; imo quotidie deſcendunt, cum mittuntur ad miniſterium eorum qui ſunt conſeruandi.

27. Quodnam ergo ſignum & demonſtratio Apoſtolatus tui? *Obſeruate*, ait, *eiaculationes aſtrorum, quando Satanas aſcendit ad audiendum ea quæ in cælo dicuntur: atq; ob id credite me eſſe Apoſtolum. alius enim ante me hoc nullus docuit.* [Sane, nullus alius hoc docuit: ideoq;] manifeſtũ eſt mendaciũ: neque enim eiaculationes iſtæ aſtrorũ, qđm iſte ait, ſunt, quæ in dæmonẽ emittuntur; ſed emunctiones ſcintillantiũ aſtrorũ. Vnumquodq; .n. aſtrũ, ignis eſt, & pro natura ignis ſcintillas emittit.

Iterum tandem auctoritatem & fidem ſibi aſtruere nititur, cum introducit Deum teſtificantem de ſeipſo, iurantemque ac dicentem: *Nã per aſtrũ quod occidit, ſocius veſter non eſt in errorem inductus; neq; inique egit, neq; pro ſuo arbitratu locutus eſt; neque eſt doctrina eius aliud quam reuelatio ipſi reuelata; quam oſtendit ei Fortis ille viribus & inuiſibilis.* Sed, vt Deum iurare per ſtellam, eſt mendacium:

ſic

Πάντως ἐροῦσί μοι, ὅτι, Δαιμονιζόμενος εἶ, λέγων ἐκ θεοῦ δέξασθαι ταῦτα. εἰ γὰρ ἦσαν ἀληθῆ, ἄγγελος ἂν κατήγγειλε:- αἰτίας δὲ τίθησι τοῦ μηδένα καταβῆναι ἄγγελον, καὶ φησὶν, ὅτι εἰσὶ τινὲς δι' οὓς τοῦτο κωλύεται· καὶ ὅτι τῶν ἀγγέλων κατελθόντων, τὸ ὅλον ἤνυσαι, καὶ τίς χάρις τοῖς ἀνθρώποις; ἀλλὰ μὴν πρόφασις τοῦτο τῆς ἀπορίας καὶ τῆς ἀσθενείας σου. πολλάκις γὰρ ἄγγελοι κατῆλθον εἰς τὴν γῆν· μᾶλλον δὲ καθ' ἑκάστην καταβαίνουσιν, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενοι τῶν σωζομένων.

Ὁποῖον δὲ καὶ τὸ σημεῖον καὶ ἡ ἀπόδειξις τῆς ἀποστολῆς αὐτοῦ; Ἴδετε γὰρ (φησὶ) τὰς ἀστεροτοξίας, ὁπηνίκα ἀναβαίνει ὁ Σατανᾶς, ἀκροάσασθαι θέλων τὰ ἐν οὐρανῷ λαλούμενα. διὰ τοῦτο πιστεύσατε ὅτι ἀπόστολός εἰμι. ἄλλος γὰρ τοῦτο περὶ ἐμοῦ οὐκ ἐδίδαξεν:- [ὄντως οὐδεὶς ἄλλος τοῦτο ἐδίδαξε· διότι] πρόδηλον ἐστὶ ψεῦδος. οὐκ ἀστροτοξίαι γὰρ ταῦτα, καθὼς αὐτός φησι, κατὰ τοῦ δαίμονος ἐκπεμπόμενα· ἀλλ' ἀποσπινθηρίσεις τῶν ἀστέρων. ἕκαστος γὰρ ἀστὴρ, πῦρ ἐστὶ, καὶ κατὰ τὴν τοῦ πυρὸς φύσιν, ἐκπυρηνίσεις ἐκπέμπει:-

Πάλιν ἑαυτῷ κατασκευάζων τὸ ἀξιόπιστον, εἰσάγει τὸν θεὸν μαρτυροῦντα περὶ ἑαυτοῦ καὶ ὀμνύοντα, καὶ λέγοντα· Μὰ τὸ ἄστρον τὸ δυόμενον, οὐκ ἐπλανήθη ὁ ἑταῖρος ὑμῶν, οὐδὲ ἠνόμησε, καὶ οὐκ ἐφθέγξατο ἐκ θελήματος· οὐκ ἔστιν αὐτῷ εἰ μὴ ἀποκάλυψις ἀποκαλυφθεῖσα, ἣν ἔδειξεν αὐτῷ ὁ ἰσχυρὸς εἰς δύναμιν, ὁ ἀθεώρητος:- ἀλλὰ μὴν, ὥσπερ τὸ τὸν θεὸν ὀμόσαι κατὰ ἀστέρος, ψευδές·

οὕτω δὴ καὶ ὅσα ἀπεκαλύφθη τῷ Μωάμεθ, ψευδῆ καὶ δαιμονιώδη:-

Φησὶ προφητεῦσαι Ἰησοῦν τὸν υἱὸν Μαρίας περὶ ἑαυτοῦ, εἰπόντα· Ἐγὼ ἀπόστολος εἰμὶ τοῦ Θεοῦ πρὸς ὑμᾶς, ἀληθοποιῶν τὰ ἔμπροσθέν μου τοῦ νόμου· καὶ εὐαγγελιζόμενος ἀπόστολον ἐρχόμενον μετ' ἐμέ· ὄνομα αὐτοῦ Μωάμεθ:- καὶ ποῦ τοῦτο προεφήτευσεν ὁ Χριστός; ἢ ἐν ποίᾳ γραφῇ; πάντως γὰρ τοὺς τοῦ Χριστοῦ λόγους, ὁπηδήποτε κειμένους, εἰς ἀκρίβειαν ἐπίστασθε. ἢ γοῦν δειξάτωσαν οἱ τοῦ Μωάμεθ μαθηταὶ γεγραμμένην που τῶν θεοπνεύστων γραφῶν ταύτην [τὴν] περὶ τοῦ Μωάμεθ πρόρρησιν· ἢ σαφῶς ἴστωσαν ὅτι καὶ τοῦτο ψεῦδος, ὥσπερ δὴ καὶ τἄλλα τῶν διδαγμάτων αὐτοῦ:-

Τὸ ἑκατοστὸν δωδέκατον μυθάριον, ἐπιγέγραπται μὲν εἰς τὸ φείσομαι· ἔστι δέ τις γοητικὴ ἐπῳδὴ, λέγουσα· Εἰπὲ, φείσομαι εἰς τὸν κύριον τοῦ διαφαύσματος ἐκ κακοῦ οὗ ἔπλασε, καὶ ἐκ κακοῦ τῆς ἀστροτοξίας, ὅτι εἰσπίνεται· καὶ ἐκ κακοῦ ἐμπλυσμάτων εἰς τοὺς κόσμους, καὶ ἐκ κακοῦ φθονούντων:- καὶ τὸ ἑκατοστὸν δὲ τρισκαιδέκατον μυθάριον, γοητικὴ καὶ αὕτη ἐστὶν ἐπῳδή. ἐπιγέγραπται μὲν γὰρ καὶ τοῦτο εἰς τὸ φείσομαι. ἔχει δὲ οὕτως· Εἰπὲ, φείσομαι εἰς τὸν κύριον τῶν ἀνθρώπων, [βασιλέα τῶν ἀνθρώπων·] ὁ θεὸς τῶν ἀνθρώπων, [ἐκ κακοῦ,] ἐκ κακοῦ ψιθυρίσματος τῶν δαιμόνων· ὅτι ψιθυρίζεται εἰς τὴν καρδίαν τῶν ἀνθρώπων ἐκ τῶν δαιμόνων καὶ ἀνθρώπων:-

Παρέ-

ſic etiam, quæcumq; patefacta ſunt Moametho, falſa ſunt & diabolica.

Tradit Ieſum Mariæ filium, prædixiſſe de ſe, his verbis: *Ego ſum Dei Apoſtolus ante vos, implens ea quæ ante me in Lege prædicta fuere: & annuncio vobis Apoſtolum venturum poſt me, cui nomen Moamed.* Vbinam vero hoc Chriſtus prædixit? aut in quanam ſcriptura? Omnino enim Chriſti oracula, vbicumque tandem ſint ſcripta, accurate tenetis. Aut igitur diſcipuli Moamedi demonſtrent hanc de Moamedo prædictionem in aliqua parte diuinitus inſpiratarum Scripturarum perſcriptam eſſe: aut liquido ſciant eſſe etiam hoc mendacium, quemadmodum alia ipſius dogmata.

28. Centeſima duodecima fabella, inſcriptionem habet in *Phiſoma.* Eſt autem præſtigiatoria incantatio, quæ dicit: *Dic, Parcam Domino lucis, e malo [quod finxit,] & ex malo eiaculationis aſtrorum, quando illa intenduntur; & e malo ſputorum in mundos, & e malo inuidorum.*

Fabella centeſima decimatertia, & ipſa præſtigiatoria incantatio eſt. nam & ipſa inſcribitur, *Phiſoma* & ſic habet: *Dic, Parcam Domino hominum, [regi hominum.] Deus hominum e malo; e malo ſuſurro dæmonum, quando inſuſurrant in corda hominum, e dæmonibus & hominibus.*

29. Tradidit magus iſte & præſtigiator magica quædam artificia, & dæmonicas ceremonias, aliasq; nefarias ſceleſtasq; artes & ſacrificia. Fruſtra igitur diſcipuli huius gloriantur, nec pudet ipſos habere talem doctorem myſteriorum omni blaſphemia, atheiſmis & monſtris ſcatentem.

30. Iſmaelitæ denique dicunt, benedictum etiam fuiſſe Iſmaelem filium Dei:- Quibus nos reſpondemus: benedictionem quidem illum accepiſſe: non tamen qualem accepit Iſaacus; (in cuius ſemine Deus promiſerat benedicendas eſſe omnes gentes, easq; hæredes fore promiſſionis maximæ) ſed talem qua etiam bruta animantia gaudent, creſcere nempe & multiplicari. At quidnam profuerit generi [huius] creſcere & multiplicari; & diuina beneuolentia gratiaque fruſtrari, atq; a Deo alienum eſſe?

Hæc fabuloſa nugamenta pſeudoprophetæ Moamedi, propterea hic perſcripta ſunt, vt Chriſtiani, ea videntes, ipſum cũ diſcipulis ſuis derideant, & errorẽ perditionemq; ipſorũ deſpuant; Chriſtianorumq; orthodoxam fidẽ, quæ Solem ipſum claritate ac ſplendore ſuperat, extollentes, Chriſtum Seruatorem Deumq; noſtrum debita gratiarum actione magnificemus, & infinitam ipſius bonitatem ac beneficentiam celebremus, quod benigna ſua miſericordia nos liberauit exoſo iſto errore ac perditione, atque adeo etiam cetero improborum errore, hæreticorumque cultu, qui vna cum anima etiam corpus per-

Παρέδωκεν οὗτος ὁ γόης μαγικάς τινας κακοτεχνίας, καὶ δαιμονιώδεις τελετάς, καὶ ἄλλας ἀθεμίτους ἀῤῥητουργίας:- μάτην οὖν ἐπὶ τούτῳ μεγαλαυχοῦσιν οἱ τούτου μαθηταί, καὶ οὐκ ἐγκαλύπτονται τοιοῦτον ἔχοντες μυσταγωγόν, πάσης βλασφημίας καὶ ἀθεΐας καὶ τερατολογίας [καὶ γοητείας] ἀνάπλεων:-

Λέγουσιν οἱ Ἰσμαηλῖται, εὐλογηθῆναι καὶ τὸν Ἰσμαὴλ ὑπὸ Θεοῦ:- πρὸς οὓς ἡμεῖς φαμέν, ὅτι εὐλογίαν ἐκεῖνος ἔλαβεν, οὐχ οἵαν ὁ Ἰσαάκ, οὗ τῷ σπέρματι ἐνευλογηθῆναι πάντα τὰ ἔθνη ἐπηγγείλατο ὁ θεός, καὶ κληρονόμον [τοῦτο] γενέσθαι τῆς μεγίστης ἐπαγγελίας· ἀλλ' οἵαν καὶ τὰ ἄλογα πάντα, ὥστε αὐξάνεσθαι καὶ πληθύνεσθαι. τίς γὰρ ὄνησις τῷ γένει [τούτου] τῷ πληθυνομένῳ, καὶ τῆς θείας εὐμενείας ἀποτυγχάνοντι, καὶ ἀλλοτριουμένῳ θεοῦ;

Ταῦτα τὰ μυθώδη ληρήματα τοῦ ψευδωνύμου Μωάμεθ, διὰ τοῦτο ἐνταῦθα ἐγράφησαν, ὡς ἂν οἱ Χριστιανοὶ ταῦτα ὁρῶντες, καταγελῶσιν αὐτοῦ καὶ τοὺς αὐτοῦ μαθητάς, καὶ διαπτύωσι τὴν αὐτῶν πλάνην τε καὶ ἀπώλειαν· καὶ τὴν τῶν Χριστιανῶν πεφωτισμένην καὶ ὑπὲρ ἥλιον λάμπουσαν ὀρθόδοξον πίστιν ὑπερυψοῦντες, καὶ τὸν σωτῆρα Χριστὸν καὶ θεὸν ἡμῶν εὐχαριστοῦντες, μεγαλύνωμεν καὶ δοξάζωμεν τὴν αὐτοῦ ἄπειρον ἀγαθότητα καὶ εὐεργεσίαν, ὅτι ἐλυτρώσατο ἡμᾶς τῇ αὐτοῦ εὐσπλαγχνίᾳ ἐκ ταύτης τῆς μεμισημένης πλάνης καὶ ἀπωλείας, οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ πλάνης ἄλλης τῶν ἀνόμων, καὶ αἱρετικῶν θρησκείας. τῇ τε ψυχῇ καὶ τὸ σῶμα

τῇ ἀπωλείᾳ παραδιδόντων:-ὧν πρῶτος ἐγὼ, ὁ ταῦτα γράψας, καταπτύω καὶ ἀποστρέφομαι τὰ μυθώδη ταῦτα ληρήματα, καὶ πᾶσαν αἵρεσιν· πιστεύω δὲ καὶ κηρύττω τὸν κύριον ἡμῶν καὶ θεὸν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν:-

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΡΧΗΓΟΥ ΤΩΝ Σαρακηνῶν Μωάμεθ, τοῦ καὶ Μουχουμέτ.

ΜΕΤΑ δὲ Κωνσταντῖνον, ἐβασίλευσε Κώνστας ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἔτη κζ΄. ἐφ᾽ οὗ μέγας ἄνεμος καὶ ῥαγδαῖος πνεύσας, πολλὰ μὲν δένδρα καὶ παμμεγέθη προρρίζως ἀνέσπασε, πολλοὺς δὲ στύλους καὶ κιόνια τῶν ἁγίων κατέβαλε· καὶ ὁ τῶν Σαρακηνῶν ἀρχηγὸς καὶ ψευδοπροφήτης Μουχουμέτ, ἐκ μιᾶς φυλῆς γενικωτάτης Ἰσμαὴλ [υἱοῦ Ἀβραὰμ καταγόμενος, ἀνεφάνη. ἀναγκαῖον δὲ ἡγοῦμαι περὶ τῆς τούτου μυσαρᾶς καὶ παμμιάρου αἱρέσεως διηγήσασθαι. Νίζαρος γὰρ ὁ τοῦ Ἰσμαὴλ] ἀπόγονος, πατὴρ αὐτῶν ἀναγορεύεται πάντων. οὗτος οὖν γεννᾷ υἱοὺς δύο, Μωύδαρον καὶ Ἀραβίαν. ὁ δὲ Μωύδαρος, τίκτει Κουσάρον καὶ Καΐτον, καὶ Θεμίμην καὶ Ἄσαδον, καὶ ἄλλους τινὰς ἀνωνύμους· οἳ τὴν Μαδιανίτιν ἔρημον κληρωσάμενοι ἐκτηνοτρόφουν, ἐν σκηναῖς κατοικοῦντες. εἰσὶ δὲ καὶ ἐνδότεροι τούτων, οὐκ ἐκ τῆς φυλῆς αὐτῶν.

ἀλλ᾽

perditioni dedunt. quorum primus ego qui hæc ſcripſi, deſpuo deteſtorque fabuloſa iſta nugamenta omnemque hæreſin, & credo ac prædico Dominum Deumque noſtrum IESVM CHRISTVM:-

DE SARACENORVM PRINCIPE MOAMETHO, QVI ET *Muchumet*.

POST Conſtantinum vero, imperio præfuit Conſtans, filius eius, annos XXVII. ſub quo ita magnus rapidusque flauit ventus, vt & arbores multas atque ingentes radicitus euelleret, & multas ſtelas columnasque Sanctorum deiiceret: Saracenorumque princeps & pſeudopropheta Muchumet, ex vna tribu generaliſſima, Iſmaelis videlicet, filii Abrahami, originem ducens, exortus eſt. Neceſſarium autem duco de ſceleſta fœdaque huius hæreſi narrare. Nizarus enim, Iſmaelis nepos, omnium eorũ perhibetur pater. Hic duos gignit filios, Myndarum & Arabiam: at Myndarus procreat Cuſarũ & Caitum, Themimenq; & Aſadum, & alios quosdam nomine ignotos: qui Madianitin eremum ſortiti, aluerunt pecora, in tabernaculis habitantes. ſunt autem & interiores hisce, non ex eorum tribu,

Digitized by Google

ſed ex Iectan, qui dicuntur Homeritæ, id eſt Ammanitæ. Cum autem inops eſſet prædictus Muchumet ſiue Mohamet, contulit ſe ad mulierem quandam diuitem, cognatam ſuam, nomine Chaddigam; vt ei mercede ſeruiret, & per camelos negotiaretur cum contribulibus ſuis in Ægypto & Palæſtina. deinde paulatim vſurpata libertate, ſubrepſit illi mulieri, quæ vidua tunc erat: eaque vxore capta, camelos eius & omnem ſubſtantiam nactus eſt. cumque Palæſtinam incoleret, conuerſabatur cum Chriſtianis pariter ac Iudæis, & aliqua Scripturæ dicta ac verba aucupabatur. Habebat autem morbum epilepſiæ. vnde vxor eius vehementer eam ob rem dolebat, vt quæ ſplendida & diues, tali marito copulata eſſet, non inopi ſolum, verum etiam epileptico. Ad quam eluctandam, *Video*, inquiebat, *terribilem viſionem angeli, cui nomen Gabriel: & cum viſionem eius ſufferre nequeam, animo delinquo & concido*. fidemque inuenit, cum teſtimonium ei perhiberet quidam pſeudomonachus Arianus, qui ob malam fidem Conſtantinopoli e monaſterio Calliſtrati exterminatus erat cum turpitudine ſub imperio Heraclii. Hic ſceleſtus [nebulo] ſeduxit iſtam & reliquas mulieres, huiuſmodi verbis: *Venit* (inquit) *a viſione quadam angeli qui dicitur Gabriel: & non ferens id ſpectaculum, concidit. hic enim angelus ad omnes prophetas* [*a Deo*] *ablegatur*. Iſta ergo mulier, & reliquæ, pſeu-

ἀλλ' ἐκ τοῦ Ἰεκτάν, οἱ λεγόμενοι Ὁμηρῖται, τουτέστιν Ἀμμανῖται. ἀπόρου δὲ ὄντος τοῦ προλεχθέντος Μουχουμὲτ ἤτουν Μωάμετ, εἰσῆλθε πρός τινα γυναῖκα πλουσίαν, μισθωθεῦσαι αὐτῇ, συγγενίδα αὐτοῦ οὖσαν, καλουμένην Χαδδιγῆ, πρὸς τὸ καμηλεύειν καὶ πραγματεύεσθαι μετὰ τῶν ὁμοφύλων αὐτοῦ [ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Παλαιστίνῃ.] εἶτα κατὰ μικρὸν παρρησιαζόμενος, καὶ προσελθὼν τῇ γυναικὶ, χήρᾳ οὔσῃ, λαμβάνει αὐτὴν εἰς γυναῖκα, καὶ ἔσχε τὰς καμήλους αὐτῆς καὶ τὴν ὕπαρξιν πᾶσαν· καὶ [δὴ] ἐπιχωριάζων ἐν Παλαιστίνῃ, συνανεστρέφετο Ἰουδαίοις τε καὶ Χριστιανοῖς, καὶ ἐθηρᾶτο λόγους τινὰς καὶ γραφικὰς ῥήσεις. ἔσχε δὲ τὸ πάθος τῆς ἐπιληψίας. ἡ οὖν γυνὴ αὐτοῦ διὰ τοῦτο ἐλυπεῖτο σφόδρα, ὡς περιφανὴς καὶ πλουσία, καὶ τοιούτῳ ἀνδρὶ συναφθεῖσα, οὐ μόνον ἀπόρῳ, ἀλλὰ καὶ ἐπιληπτικῷ. τὴν τροπωσάμενος, ἔφασκεν, ὅτι, Φοβερὰν ὀπτασίαν ἀγγέλου θεωρῶ, Γαβριὴλ ὀνόματι· καὶ μὴ ὑποφέρων αὐτοῦ τὴν θεωρίαν, ὀλιγωρῶ καὶ πίπτω:- ἐπιστεύθη δὲ, συνεπιμαρτυροῦντος αὐτῷ μοναχοῦ τινος ἀπεξανοῦ ψευδωνύμου, διὰ τὴν κακοπιστίαν αὐτοῦ ἐξορισθέντος ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως, ἐκ τῆς μονῆς τοῦ Καλλιστράτου μετ' αἰσχύνης, ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἡρακλείου. οὗτος ὁ μιαρὸς ἀπεπλάνησεν αὐτὴν, καὶ τὰς λοιπὰς γυναῖκας, οὕτω λέγων, ὅτι, Ὀπτασίαν τινὰ ἀγγέλου λεγομένου Γαβριὴλ ἦλθεν θεωρῶν· καὶ μὴ φέρων τὴν θέαν, καταπίπτει. οὗτος γὰρ ὁ ἄγγελος εἰς πάντας τοὺς προφήτας ἀποστέλλεται:- αὕτη οὖν ἡ γυνὴ, καὶ αἱ λοιπαὶ, τοῖς λόγοις

τοῦ ψευδαββᾶ πεισθεῖσαι προφήτην αὐτὸν εἶναι, ἐκήρυξαν πανταχοῦ προφήτην αὐτὸν ὑπάρχειν· καὶ ἐκράτησεν ἡ αἵρεσις αὕτη. ἀπὸ δὲ τῆς Αἰθρίβου προῆλθεν ὁ λόγος τῆς πλάνης ταύτης, καὶ εἰς ἄνδρα φύλαρχον, τοὔνομα Βουβάρχαν. ἡ οὖν γυνὴ γανοῦσα, τοῦτον διάδοχον καὶ κληρονόμον κατέλιπεν. [ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἐπαναστρεφομένου τοῦ βασιλέως Ἡρακλείου μετὰ νίκης ἐκ τοῦ τῶν Περσῶν πολέμου· καὶ μέλλοντος αὐτοῦ διελθεῖν τὴν Αἴθριβον, ἀπήει πρὸς ὑπάντησιν αὐτοῦ ὁ θεομισὴς Μωάμεθ, κομίζων αὐτῷ νικητικοὺς ἐπαίνους, καθὼς ἐδίδαξεν αὐτὸν ὁ μιαρὸς . . . : . καὶ αἰτήσας παρ' αὐτοῦ γῆν ἀρκοῦσαν τῶν θρεμμάτων αὐτοῦ, ἔτυχε τῆς αἰτήσεως. ἐκ τούτου οὖν ἐγένετο περιφανὴς ἄγαν, ὡς περιούσιος· καὶ κατέσχεν ἡ πονηρὰ πλάνη καὶ ἡ αἵρεσις αὕτη, τὰ μέρη τῆς Αἰθρίβου.] οὗτος ὁ θεομισὴς καὶ παλαμναῖος, περιτυχὼν Ἑβραίοις καὶ Χριστιανοῖς, [Αρειανοῖς δῆθεν καὶ Νεστοριανοῖς,] καὶ πανταχόθεν ἐρανισάμενος, ἐξ Ἰουδαίων μὲν, μοναρχίαν· ἐξ Ἀρειανῶν δὲ, λόγον καὶ πνεῦμα κτιστά· ἀπὸ δὲ Νεστοριανῶν, ἀνθρώπων λατρείαν, ἑαυτῷ θρησκείαν περιποιεῖται· καὶ προφάσει θεογνωσίας εἰσποιησάμενος τὸ ἔθνος, ἐδίδαξεν αὐτοὺς περιτέμνεσθαι, καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας· καὶ ἕνα μόνον προσκυνεῖν θεόν· καὶ τὸν Χριστὸν τιμᾶν ὡς λόγον τοῦ θεοῦ μὲν, οὐχὶ υἱὸν δέ· [ἀλλ' ὡς ἐκ πνεύματος ἁγίου γεγεννημένον. λόγον δὲ] καὶ πνεῦμα, προφορικὸν καὶ εἰς ἀέρα χεόμενον ὑπονοεῖν,

οὐκ

pſeudabbæ verbis perſuaſæ illum eſſe prophetam, vbique prophetam eum eſſe prædicarunt: obtinuitque iſta hæreſis. Prodiit autem erroris huius ſermo ex Æthribo, etiam ad vnum e phylarchis, nomine Bubarcham. Qua re lætans vxor eius, ſucceſſorem & heredem eum reliquit.
Porro quum diebus illis Imperator Heraclius cum victoria e Perſarum bello reuerteretur, & per Æthribum tranſiturus eſſet, obuiam ei iuit ille Deo exoſus Moameth, ferens ei victoriales laudes, ſicut ipſum docuerat ſceleſtus ille . . . . petitaque ab eo terra quæ pecoribus ſuis alendis ſufficeret, petitionis compos factus eſt. Ex eo igitur admodum conſpicuus fieri cœpit, vtpote affluens opibus. occupauitque improbus error & hæreſis iſtæc partes Æthribi.
